ΙΩΑΝΝΟΥ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ
ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ ΛΥΔΟΥ
ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ.

JOANNIS LAURENTII
PHILADELPHENI LYDI
DE MENSIBUS
QUAE EXSTANT EXCERPTA.

TEXTUM RECOGNOVIT ATQUE EMENDAVIT, E GRAECO IN LATINUM CONVERTIT ET PERPETUA CUM SUA ET NICOLAI SCHOWII, TUM

CAR. BENED. HASII ET FRID. CREUZERI

ALIORUMQUE ADNOTATIONE INSTRUXIT INDICEMQUE COPIOSISSIMUM ADJECIT

GUILIELMUS ROETHER,

PHIL. DR. A. A. L. L. M., GYMNASII HEIDELBERGENSIS NUPER PROFESSOR, NUNC VERBI DIVINI APUD MOSBACENSES MINISTER.

ACCEDIT

HERMETIS TRISMEGISTI

ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΧΥΛΩΣΕΩΣ

LIBELLUS

ET

VETTII VALENTIS ANTIOCHENI

LIBRI PRIMI ΑΝΘΟΛΟΓΙΩΝ

FRAGMENTUM.

LIPSIAE ET DARMSTADII

TYPIS ET IMPENSIS CAROLI GUILIELMI LESKII

MDCCCXXVII.

NOBILISSIMO

PHILOSOPHORUM ET LITERATORUM

ORDINI

INCLYTAE ACADEMIAE LOVANIENSIS

GRATUM ANIMUM

TESTIFICATURUS

D. D. D.

GUILIELMUS ROETHER.

GUILIELMI ROETHERI

PRAEFATIO.

Cum indefessum illud studium, quo nostris temporibus a viris doctis optimi quique atque elegantissimi scriptores Graeci ad veram bonarum literarum utilitatem tractantur, omni laude prosequendum est et grato animo accipiendum: tum nemo fere eruditior tanquam male collocatam operam aut vituperaverit, aut certe improbaverit, si serioris Graecitatis scriptores, qui quidem optimis illis adnumerari non possunt, aut latentes adhuc in bibliothecis in lucem protrahuntur, aut editi jam majore adhibita cura emendatius eduntur. Ex quibus scriptoribus ii potissimum digni esse videntur, qui aliquanto diligentiorem curam criticam nanciscantur, quos minus latino vocabulo compilatores dicunt, quippe qui aut ex ipsis fontibus temporum injuria obrutis hauserunt, aut ope codicum, iis, qui hodie in bibliothecis servantur, praestantiorum, Excerpta sua conscripserunt. Atque hos inter compilatores haud ultimum sane lo-

cum obtinet *Joannes Laurentius Lydus.* Licet enim et ipse omnibus quibus ceteri cadentis Graecitatis scriptores laboret vitiis, tamen multo accuratius, quam reliquorum plurimi provinciam suam administravit adeoque haud exigua pars antiquitatis ejus operâ illustratur.

Quae cum ita sint, sane quam magnam ab antiquitatis amantibus inierunt gratiam ii, qui hujus scriptoris opuscula in lucem edidere, *Nicolaum* dico *Schowium*, qui superioris saeculi anno nonagesimo quarto ejus opusculum De Mensibus, *Jo. Dominic. Fussium*, qui anno MDCCCXII. ejus libros De Magistratibus, et qui nuper admodum De Ostentis opusculum multis partibus mutilum ex bibliothecarum latebris protractum plane miranda, ac paene incredibili cum arte critica restituit, *Car. Bened. Hasium.* Cujus viri doctissimi opere quanto magis delectamur, tanto magis dolendum est, quod De Mensibus opusculum, primum cum ederetur, non parem nactum est editoris curam diligentiamque. Quam multa enim *Schowius* futuro ejusdem opusculi editori fecerit reliqua cum emendanda, tum illustranda, haud fugere existimo eum, qui vel leviter illud attigerit. Quotaquaeque enim, ut hoc utar, ejus est pagina, in qua non semel atque iterum foedissimis, quibus textus laborat, vitiis impediamur, quo minus statim scriptoris ceteroqui minime difficilis sententiam intelligamus.

Itaque haud adversandum mihi putavi, cum ante hos tres et quod excurrit annos *Frid. Creu-*

zerus, quo nuper magistro usus nunc utor amico, mihi auctor esset, ut novam hujus opusculi editionem criticam reciperem adornandam. In quo opere cum eo mihi jam pervenisse videar, ut non verendum sit, ne viri docti nimiae me incusent properationis, quod editionem meam in lucem emisi, jam trado hanc meam lucubrationem iis, quibus hoc literarum genus curae est. Hoc mihi faciendum restat, ut de totius operis ratione et quomodo, quod mihi proposueram, consequi studuerim, nonnulla praemittam. Neque enim, quod a scriptorum veterum editoribus fieri solet, ut in fronte editionum suarum agant de vita scriptoris, de fatis librorum ejus, de codicibus quibus usi sunt, de veterum super quolibet scriptore testimoniis, et quae sunt reliqua, idem mihi faciendum, cum Hasius in ea commentatione, quae praefixa est Joannis Lydi De Magistratibus operi, ista omnia jam ita persecutus sit, ut ego actum agere viderer, si de istis rebus explicare instituerem. Quare eos lectores, qui ista discere cupiant, ablego ad ejus quam laudavi commentationis paragraphos V. XVI. XVII. XVIII. et XXIII.

Jam quod ad hanc meam editionem attinet, omnium primum id egi, ut partim e codice Parisino numeri 3084., qui unus nondum ante collatus erat, *) partim ex codicis Romani lectio-

*) Conferendum hunc codicem curavit cum editione Schowiana Hasius per *A. Cherbuliezium* (Cherbuliez), verbi divini

nis varietate, quam adnotavit Schowius, cujus adnotationem integram meae inserui distinctam hoc siglo: SCH., partim ex fontibus, quos Lydus in conscribendo libro suo ante oculos vel habuit, vel habuisse videtur, partim denique ex conjectura, adhibitis iis scriptoribus, qui idem tractarunt argumentum, textum purgarem vitiis, quoad quidem ejus fieri poterat, lectoribusque ita redderem expeditiorem. Qua in re eam adhibui cautionem, ut raro aliquam lectionem reciperem, nisi quae aut codicum, aut fontium, e quibus hausit Lydus, commendaretur auctoritate; ubi manifestum esset, a librario esse peccatum, meo etiam periculo eam, quae mihi vera videretur, reponebam lectionem, ita tamen, ut in notis omnium mutationum mearum redderem rationem, paucis exceptis, v. c. ubi in Comparativis ῶ positum esset pro ὂ, ubi deesset ν ἐφελκυστικόν, et similibus; in aliis locis haud me pudebat vocula *sic*, in notationibus criticis usitata, indicare, non me intelligere sententiam loci corrupti, quanquam interdum haberem, quomodo eum ex conjectura sanarem. Praeterea orthographiam quam dicunt atque distinguendi sententias rationem ad eum modum, qui nunc maxime invaluit, accommodavi. In animo insuper erat, Excerpta Planudea, quae inseruit Schowius textui Barberiniano, sed non omnia suis locis, ea potissimum, quae parte III.

---

ministrum Genevensem, qui tunc temporis in universitate Parisiensi inter Hasii auditores literis operam dabat.

continentur, in justum redigere ordinem: quod tamen omisi, ne mea editio a Schowiana nimis differret, ut, qui illam non in promtu haberent, eos locos, quos viri docti, Creuzerus, Hasius, Jacobsius, alii, in scriptis suis ex Schowii editione laudaverunt, etiam in mea reperire possent. Itaque in hoc me continui, ut in adnotatione indicarem, cum quibus aliis locis haec Excerpta essent jungenda. Eodem consilio etiam capitum paginarumque numeros, quos Schowii habet editio, in margine adposui: nam, quod Schowii distinctionem nulla certa ratione nixam non sum secutus, sed quodvis Excerptum suo insignivi numero, id nemo non probabit.

Quo in negotio illud me maxime delectavit, quotiescunque postea vidi, congruere meas emendationes cum viris doctis, quorum est mihi auctoritas pro manifestis argumentis. Hunc consensum ut plurimum in adnotatione memoravi; in nonnullas aliorum emendationes nescio quo casu tum demum incidi, cum major jam operis pars typis esset exscripta: *) quod ideo moneo, ne mihi crimini dent viri docti, quod ipsorum non

*) Sic v. c. *Frid. Jacobsius* ad Anthol. Palat. vol. III. pag. 395. verba *οὗτος αὐτὰ μέν*, quae sunt part. I. num. 9. pag. hujus edit. 6 jam mutaverat in *οὐ τοσαῦτα μέν*, ut ex Hasii ac Boissonadii conjectura reposui. Verba *οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων* part. I. num. 16 pag. 20., ille, ut et ipse, lib. laud. pag. 913. reddit per *mathematici*, addens: „ne cum editore aliquid excidisse putes.“. — Ibidem pag. 949. pro *πολυαστέρος ἡνία νεύων*, ut legitur part. II. num. 4. pag. 42. scribi vult *νυκτὸς πολυαστέρου ἡνιοχεύων*, quam emendationem loco Anacreontico (ap. Athen. l. XIII. p. 564. D.) *τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις* confirmat. — Idem ibid. p. 321. pro *διὰ δὲ αὐτόν*, quod est part. II. num. 9. pag. 64., quodque Scho-

fecerim mentionem, neve me illud graculi, ut est in fabula, commisisse dicant, quae a me arrogantia longe est aliena.

Deinde hoc mihi potissimum curae fuit, ut eorum, quos vel laudat Lydus auctores, locos accurate excitarem, atque ubi opus esset, Lydi errores in nuncupandis fontibus commissos corrigerem, vel quos silentio praeterit, quoad ejus fieri poterat, indagarem, repertorumque nomina indicarem. Ceteros Joannis errores, quos commisit plurimos, in explicandis etymis partim notavi, maximam autem partem silentio praetermisi, ut quos docti vel me tacente essent deprehensuri. Neque enim tam scriptorem ipsum ad Criticae regulam exigendum putabam, quam ejus libellum a mendis, quae librariorum negligentia irrepserunt, a me purgandum. Ad illustranda autem ea, quae minus perspicua essent, tum locos similes ex ipsius Joannis reliquis scriptis contuli, quo ejus scribendi genus magis perspiceretur, tum veteres quoque scriptores, qui easdem res attigerunt, excussi, eorumque locos,

---

wius correxit διὸ δὲ α., ego autem ita corrigendum censebam, ut post διὰ δέ poneretur τοῦτο, scribendum censet Δία δὲ αὐτόν. — Oraculum Hecates, quod est part. III. num. 7. pag. 94. eodem atque nos modo emendat pag. 615. pro τρὶς ἀφαιροῦσα ponens τρισσὰ φέρουσα. — Item p. 324. ἀκίνητος, quod erat part. III. num. 30. pag. 126., ut nos ex Platone correximus, mutat in ἀεικίνητος. — Pag. 875. βακχευτήν, quod est part. IV. num. 38. pag. 200. ante verba καὶ ἀνατρέχοντα, depravatum esse ait, et post verba ἀνὰ τὸν οὐρανόν ante ἐκ τῆς τ. ἑπτ. supplet τὸν δὲ οὐρανόν, pro quo ipse posui ὅν, quod eodem recurrit. — Pag. 611. et ipse μένει, quod legitur part. IV. num. 48. p. 228. (quod male Schowius ejecerat) mutat in μέρει.

quoad facere possent ad Lydum vel emendandum, vel facilius intelligendum, adscripsi. Denique recentiorum quoque libros, eorum maxime, qui Joannis opusculum lectitarunt, qui haud pauci sunt, consului et quae ad rem nostram facere videbantur adnotavi. In quo negotio si multa fortasse praetermisi, quae viri docti desiderent, eos reputare velim, primum mihi fuisse cavendum, ne justum adnotandi modum excederem; deinde, me, quo tempore conscribebam has adnotationes, munere scholastico, quo tum fungebar, impeditum fuisse, quo minus quidquid copiarum in doctorum hominum libris exstaret undecunque colligerem; denique nonnullos libros, qui ab aliqua parte Lydum nostrum juvare possent, nuper admodum prodiisse, cum magna schedarum mearum pars jam ad librarium esset transmissa. *)

---

*) Multa sunt, quae jam nunc addere ac supplere possem, nisi negotiis urgentibus prohiberer, quo minus conscribam. Addenda atque Supplementa. Alio tempore, ubi plura collegero, mantissa, quam dicunt, opusculum meum sequetur, qua pro viribus illud et emendare et supplere cogito. Hoc loco non possum quin addam, quae vir doctissimus, *L. Chr. Zimmermannus*, ad plagulas a se correctas adnotavit. Ad pag. 198. *τρίτος Καβίρου παῖς κ. τ. λ.*] Cf. Welcker. *Die Aeschylische Trilogie Prometheus* pag. 164. sq. — Ad pag. 224. *Ἀμαλθείαν*] Conf. Welcker., *Ueber eine Kretische Kolonie in Theben* p. 6. sq., not. 12., ubi et noster locus laudatur. — Ad pag. 228. *τὸν Δία Ἰδαῖον εἶναι*] De Jove Promethei filio cf. Welcker. *Die Aeschylische Trilogie Prometheus* pag. 96. not. 112., ubi item noster locus laudatur. — Ad pag. 232. *πρὸς τ. ἄλλων ἐπικομιζομένοις*] De voce *βῶλος* genere masculino obvia conf. etiam Corayum ad Plutarchi Alexandr. 25. Lobeck. ad Phrynich. pag. 54. Masculino genere etiam Apollon. Rhod. III, 1393. usurpat. — Ad pag. 286. *ὁ Εὐφορίων φησίν*] Vid. Euphor. Meinekii pag. 167.

In hoc omni adnotandi negotio nunquam non et eximie sublevatus sum *Hasii* et *Creuzeri*, VV. CC. adnotationibus manu exaratis, quas ut una cum meis evulgarem humanissime illi mihi permiserunt. Quorum virorum priorem cum de nonnullis mearum conjecturarum atque emendationum consuluissem, ille literis copiosissimis a. d. VI Kal. Jun. ann. MDCCCXXIV. ad me datis non modo dubitationes meas sustulit, verum etiam plurima alia, quae ipsi inter legendum succurrissent, addidit: quas adnotationes Germanice perscriptas verbotenus in Latinum converti, ut nunc inter meas adnotationes leguntur. Ejus liberalitatis causâ ut viro doctissimo ex animo ago gratias, ita eum rogo, ut si qua minus Latine reddita fuerint, ea, qua est humanitate, simul cum reliquis meis erroribus excuset. Creuzerus autem notas suas in margine exempli sui adscripserat ita, ut eas curavi typis exscribendas. Sunt autem hae adnotationes consignatae hisce siglis: Has. Cr., cum meae his literis: Rr. a ceteris distinguantur.

Praeter hos duumviros alterum par virorum doctissimorum mihique amicissimorum de Lydo promeruit, *Ernestum Antonium* dico *Lewaldum* ac *Laurentium Nokkium*: quorum ille cum a me consultus esset de duobus locis Aristotelicis, qui Joannis opusculo continentur, in excursu, quem inde a pagina 300. addidi, ea de iis disputavit sollertia, eoque acumine, quae ille cum aliis scriptis, tum nuper Aristotelicarum Cate-

goriarum editione satis comprobavit; hic, ut pag. 10. jam indicavi, multos mathematici argumenti locos ingeniosissime partim emendavit, partim explanavit, mihique permisit, ut suas quoque adnotationes meis insererem.

Porro, quo brevius defungi possem explicandi officio neque pluribus opus esset adnotationibus, ipsum opusculum in Latinum sermonem converti. Ad quam interpretationem Latinam quod attinet, ut ejus, qui Lydi opus De Magistratibus Latinum fecit, Dominici Fussii, verbis utar, „fateor me, quamvis nihil non fecerim, necubi me auctoris sententia fugeret, vereri tamen, ne aliquoties a vero aberraverim. Etenim non pauca occurrebant, quae quomodo potissimum verterem, dubitavi. Obscuritatis autem culpa partim ipsis rebus, partim auctori tribuenda, cujus oratio perspicuitate minime commendatur. Nam et verba quandoque parum usitata, aut insolentiori, ut mihi quidem videbatur, significatione usurpavit: ut nonnunquam in vertendo potius rem ipsam, quam solitam verborum vim respiciendam putaverim. . . Eadem (versio) ut fida magis quam elegans esset, operam dedi, et in legendis verbis, cum utrumque praestare non possem, perspicuitati malui, quam dictionis castitati, consulere.“ Multa in ea a viris doctis vituperatum iri persuasum habeo: qui si emendabunt ea, quae a me commissa fuerint vitia, et de opere, et de me ipso quam maxime promerebuntur. Hoc testari possum,

laborem certe in hac operis parte conficienda a me non esse evitatum.

Atque ut haec opusculi dudum noti editio nova novâ quoque aliqua accessione augeretur, Creuzerus duo opuscula inedita ad calcem adjicienda humanissime mecum communicavit, quae equidem iis, qui hujus generis scripta legunt, non ingrata fore confido: *Hermetis Trismegisti* opusculum *Περὶ βοτανῶν χυλώσεως*, et *Vettii Valentis Antiocheni* primi libri *Ἀνθολογιῶν fragmentum*. Quorum illud ex codice Leidensi Vossiano Creuzerus partim ipse descripsit, partim describendum curavit; idem postea Fr. Xav. Werferus, Monacensis, qui nuper morte praematura et amicis et literis ereptus est, rogante Creuzero ex codice Augustano (nunc Monacensi, chartaceo, saeculi XV., numeri 542.) summa qua solebat diligentia descripsit: quae ambo Apographa denique Baehrius, V. Cl. inter se contulit et addita cum lectionis varietate, tum vero alia adnotatione totum opusculum in eam redegit formam, qua ego typis exscribendum curavi. *Vettii* fragmentum (de quo conf. Fabric. Biblioth. Graec. vol. II. pag. 510., vol. IV. pag. 144. 162. 219. ed. Harles.) ipse ex Jacobi Gronovii Apographo, *) quod Creuzerus a Wyt-

*) Continet illud Apographum, praeter hoc nostrum fragmentum, Excerptum ex Jamblichi Historici Babyloniacis et *Τοῦ αὐτοῦ Ἰαμβλίχου εἰς τὴν ἐπιστολὴν Πορφυρίου* (qui liber vulgo inscribitur de Mysteriis Aegyptiorum). De hoc universo Apographo dicetur a me alibi. Hoc loco eorum in usum, qui astrologiae veterum operam dare, hoc est, qui, uti Kepplerus ille nostras dicere solebat, *sapien-*

tenbachio dono acceperat, descripsi et brevi adnotatione instruxi. In quo cum sidera, de quibus agit auctor, non ipsis nominibus, sed ut plurimum siglis astronomicis significentur, idque non usitatis illis, quae aeri incisa Cangius subjunxit Notis sententiarum pag. 5. (ad calcem Glossar. Graec. vol. II.): ego, ut viris harum rerum peritis de interpretatione mea relinquerem judicium, omnia siderum nomina, quae in Apographo siglis notantur, asteriscis designavi, ipsa

---

tis matris filiam stolidam nosse cupiant, illud addam, inesse hunc ipsum librum Valentis *Ἀνθολογιῶν* in codice Regio Parisino Nr. 94., quod sero didici ex doctissimi et sagacissimi viri *Letronne* libello, qui inscribitur: Observations Critiques et Archéologiques sur l'Objet des Représentations Zodiacales, qui nous restent de l'Antiquité. Paris 1824; qui ibidem pag. 89: „A la même époque appartiennent d'autres ouvrages de ce genre; entre autres, celui de Vettius Valens, dont l'objet a été de faciliter aux astrologues les calculs que leur art exigeait: il paraît avoir été redigé sous Marc Aurèle: du moins, les exemples les plus récens qui s'y trouvent cités, se rapportent aux dernières années d'Antonin-le-Pieux." Conf. ibid. p. 105. ubi Letronnius agit de significatione vocis *οἰκοδεσπότης*. Atque ut nec ipse plane *ἀσύμβολος* discedam ab hoc convivio, adscribam quae adposui ad Plotini librum eum, quo hic philosophus Astrologorum somnia refutat II. 3. ad verba p. 140. D: *τὸ δὲ ἀναφορὰς ζωδίων ἀναμένειν.* Plane enim ita inscribitur caput Valentis *περὶ ἀναφορᾶς ζωδίων* (pag. 336. ad calc. Jo. Laur. Lydi) et valde frequentatur haec formula in his fragmentis. Neque tamen vel ex Stephani Thesauro novissimae editionis Valpianae (p. 10010.) accurate discas quid illa sibi velit. Exstat autem Hypsiclis Alexandrini liber *Ἀναφορικός*. Varie item et *ἀναφορά*, sive *ἐπαναφορά*, et *ἀναφορικός* et *ἀναφορικῶς* et *καταφορὰ κ. τ. λ.* usurpatur a veteribus astrologis. Tu vide Sextum Empir. adv. Math. V. 20. p. 341., ubi recte J. A. Fabricium a Salmasii conjecturis vulgatam vindicasse vel ex Plotini l. l. intelligas. Cf. etiam Sextum lib. V. §. 52. 53. seq. Frequentat nec minus Cl. Ptolemaeus in libris astrologicis. Vide, ut hoc utar, ejus *Καρπόν*, sive Centum Dicta, sect. 25; Porphyrii Introduction. in Ptolemaei Tetrabibl. p. 201. ~~et passim alibi.~~ Adde Procli Sphaeram ibiq. Henisch. p. 201. ed. August. Vindel. 1619. Cr.

autem sigla in tabula lapidi inscripta una cum Cangii notis ad calcem hujus libri adjeci.

Postremo, quo Lectorum commodis consulerem, adjeci indicem copiosissimum, in quo conficiendo quanquam potissimum res in libello obvias spectavi, tamen etiam criticam adnotationem respexi, secutus inprimis eam rationem, qua usus est Hasius in indice ad librum De Ostentis.

Quod reliquum est, externam libelli conditionem nemini displicituram spero; nihil enim nec ab honestissimo redemtore, neque ab eo, qui plagulas a prelo madentes emendavit, *L. Chr. Zimmermanno*, viro doctissimo atque clarissimo, Gymnasii Darmstadini Conrectore meritissimo, cui hoc loco a me grates persolvendae sunt, praetermissum est, quod ad libelli faceret et nitorem et elegantiam. Quod si praeter paucissima menda typographica, quae indicavi ad calcem, in nonnullis exemplis potissimum accentus desiderantur, ejus rei nihil nisi typorum conditio in causa est, ut qui prelo vehementius incumbenti nonnunquam cesserint, et quidem ita, ut accentus a suis literis disjungerentur, ideoque non exprimerentur.

Haec hactenus. Utere nunc, lector benevole, opera mea, et si quid in hac Lydi editione minus responderit exspectationi tuae, id boni consule.

Scribebam Mosbaci in silva Ottonica a. d. IV Kal. Mart. ann. MDCCCXXVII.

EDITIONIS SCHOWIANAE PRAEFATIO.

LECTORIBUS S. LIBRARIUS.

Quum hic libellus iam ante annum, et quod excurrit, integer fuisset formulis nostris descriptus, neque ei deesset, nisi editoris, doctrinae copiis et celeberrimi et praeclare meriti Viri, praefatio, Ipsi autem ad alia munera et negotia, gravissima illa, in patria translato, non vacasset, a nobis per litteras rogato, eam conscribere: noluimus committere, vt diutius premeretur apud nos hoc opusculum, eiusque bonis multis et variis carerent harum litterarum amatores. Repetiimus autem, pace Viri doctissimi, eius Praemonenda, Specimini huius operis, Bibliothecae veteris litter. et artis Ineditis, fascic. VII. p. 21. ss. inserto, praemissa:

„Ut nunc se res habent, vix ulla spes affulget, fore, ut ullus ex scriptoribus classicis, praesertim graecis, vel eorum, quos habemus, particulae et libri deperditi, reperiantur. Aliqua

tamen litterarum graecarum classis, in qua et nova monumenta, sparsim in bibliothecis adhuc latentia, detegi possunt, et cum utilitate in lucem proferri, ea est, ad quam compilatorum opera referuntur. Hi enim aut ex fontibus, quos temporum iniuria perdidimus, hauserunt, aut ex codicibus, iis, qui hodie in bibliothecis servantur, emendatioribus ac copiosioribus descripserunt. Inter hos compilatores *Joannes Laurentius Philadelphiensis Lydus* haud ultimum locum meretur; diligentius enim in antiquos religionis Graecae ac Romanae fontes inquisivisse videtur, sententiaeque Photii cod. CLXXX. p. 407. de eodem Lydi opere his verbis iudicantis: *ἡ περὶ μηνῶν πραγματεία, εἰ καὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ᾽ οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπίχαρί τε καὶ λίαν χρειῶδες·* lubens subscribo. Nam fatendum est, a Lydo non minus, quam a ceteris serioris aetatis compilatoribus, multa proferri trita, frivola, minusque utilia. Lydi aetas ex eodem Photii loco nota est; vixit nempe saeculo VI. sub Anastasio, Iustino et Iustiniano imperatoribus (vid. Fabricius bibl. Gr. Vol. III. p. 512.): excerpta eius *περὶ μηνῶν* Codinus et Suidas ante oculos habuere; quapropter et hi duo Lydi operi lumen adferunt, indeque mutuantur. Iam vero, cum mihi constitutum sit, integra Lydi excerpta *περὶ μηνῶν* in lucem edere, quo melius de incepti utilitate viris literatis constet, specimen quoddam editioni praecedere volui; etsi

minora eorumdem fragmenta, quae Lambecius animadversionibus suis in Codinum ex ms. regio Parisiensi inseruit, eruditorum desideria diu iam excitarint. Ad haec nuper memorata Lydi excerpta, quae, ut ex Fabricii bibl. Gr. vol. XIV. p. 6. videmus, *Leo Allatius* in Symmictis publicare voluit, primum meum advertit animum exemplar ex relictis Allatii chartis descriptum, quod cl. et eruditiss. abbas *Marinius*, Archivi Vaticani praefectus, mihi perlegendum dedit; hoc anecdotum, cum insignem eiusdem valorem ac utilitatem facile perspicerem, cum codice ms. Biblioth. Barberinianae num. CLXXVII. quo idem Lydi opus continetur, avide conferre institui, consultis praeterea Maximi Planudis ex eodem opere excerptis, quae in codice Palatino biblioth. Vatic. n. CXXXXI. habentur: ambo codices saeculo XV. scripti sunt, et quidem emendatissime. Monstrant compilationes Planudeae, quae cum prooemio operis finiuntur, Lydi opus multo plenius in codice Planudeo exstitisse, quam hodie in Barberiniano, cuius quoque titulus: *Ἐκ τῶν τοῦ Ἰωάννου τοῦ Φιλαδελφέως*, nihil aliud, quam excerpta, promittit; ad principium compilationum Planudearum in margine notatum est: *Ἰωάννου Λύδου.* Quae vero in subiecto specimine ex Planudeis excerptis textui cod. Barberin., quem hic exhibeo, inseruntur, uncis [] inclusa sunt.“

Eamdem rationem secutus est Editor in ipso opere, nisi quod nunc vitiosas lectiones codicis

Barberiniani emendavit, nunc e Vaticano libro nonnulla inseruit, ceterum et varias lectiones et argumenta capitum diligentius notavit. Nos vero curavimus, ut quam emendatissime opus ad apographum editoris cl. describeretur, adderetúrque copiosus rerum Index. In quo nos adjuvit et editorem V. C. *Chr. Dan. Beckii*, communis amici, opera. Quantum vero utilitatis ex hoc opere capi, aliorum iudicia nos docuerint, sive res ipsae quae traduntur, sive fragmenta veterum auctorum, laudata subinde, spectentur; id ut a nobis declaretur, nemo postulabit.

Scrips. Lipsiae nundinis paschalibus an. CIƆIƆCCXCIV.

ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ

ἸΩΑΝΝΟΥ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ ΛΥΔΟΥ

ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ

EX

JOANNIS LAURENTII LYDI

DE MENSIBUS

LIBRIS EXCERPTA

Edit. Schow. pag. 1.

I. ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ἸΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ.

Pars I. Cap. I.

1. — — Ὀρθῶς ἄρα οἱ μυθικοὶ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἀφανίζοντα ποιοῦσιν, αἰνιττόμενοι δήπου, τὸν χρόνον πατέρα τε ἅμα καὶ ὄλεθρον τῶν ὑπ' αὐτοῦ φυομένων γίνεσθαι.

I. *ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ἸΩΑΝΝ.*] Cod. Vat. *Ἰωάννου Λυδοῦ.* Sch.

1. *οἱ μυθικοί*] Legendum: *οἱ μυθικοὶ τ.* Sch. Sic infra II. 1. et IV. 27. Eodem modo infra IV. 21. fin. *ἐπιμιμνησκόμενα* pro — *νοι*, confuso ᾱ et οῑ. Quanquam Hasius in Comment. ad Nostr. libr. De magistr. p. LII. ex Indiculo *Συμμίκτων* Leonis Allatii haec ita affert: *Ὀ. ἄ. οἱ τὰ μυθικὰ τ. Κρ.*, unde suspiceris legendum *οἱ περὶ τὰ μ.* Rr. Leg. *οἱ τὰ μυθικὰ συγγράψαντες.* (Ceterum satis ridicule in Photii Bibliotheca cod. CLXXXIX. p. 470. *Ἀκεστορίδου τῶν κατὰ πόλιν ΜΥΘΙΚΩΝ λόγοι δ̄* (Acestoridae libri IV. de fabulis, quae singulis in civitatibus circumferuntur) vertitur (num a Schotto, an ejus sociis, haud constat) sic: *Acestoridae mythologiae politicae libri quatuor*). Quanquam apud Theodosiani Justinianeique temporis scriptores ista circumscriptio per *μυθικά* non ita frequens est; facilius reperias: *κατὰ τούς . . . ΜΥΘΟΛΟΓΟΥΣ* (Vid. Joann. Chrysostom. Exposit. in psalm. XLVIII. 664. lin. 4. (citantur autem hi loci secundum eas editiones, quarum in Notis ad Leonem p. 273—280. proposui indicem) *ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι καὶ μυθολόγοι.* Apud eund. orat. XCII. In eos, qui obdormierunt, VI. 863. lin. 9. *φλυαρός, ἢ μυθολόγος, ἢ γελωτοποιός.* Id. orat. CVI. De poenitentia et eleemosyna, 923. lin. 14. *τοὺς μυθολόγους ἐπιτιμᾶν.* Id. orat. I. De pseudoprophetis, VII. 221. lin. 28., in his tamen ut plurimum sensu infesto, quemadmodum item Chrysostomus in oratione: Quales oporteat ducere uxores

I. VARII ARGUMENTI EXCERPTA.

1. — — Recte igitur Mythici Saturnum suos liberos devorare faciunt, significantes videlicet, tempus gignere simul et interimere quae ab eo gignuntur.

VIII. 87. lin. 20. *γραΐδια μυθεύοντα* dicit) vel *ΜΥΘΟΠΛΑΣΤΑΣ*, ut apud S. Gregor. Nyssen. Orat. XII. Contra Eunomium II. 435. D. *ποιητῶν μόνον καὶ μυθοπλαστῶν* (S. Epiphanius Adversus haereses lib. III. tom. I. 883. D. habet, quanquam sententia aliquanto diversa, *ἡ ὑμῶν ἐπιτετηδευμένη καὶ τετορνευμένη μυθοπλαστία*). Philo Alexandrinus De confusione linguar. 251. C. *πρὸς μυθοπλαστῶν ἀναγράφεται.* Id. Quod mundus sit incorruptibilis 730. G. *ἕνεκα τῶν μυθοπλαστῶν, οἳ ψευσμάτων ἀναπλήσαντες τὸν βίον* [verba Platonica], *ἀλήθειαν ὑπερόριον πεφυγαδεύκασιν* — et ibid. 732. D. *ἐπὶ δ' ἅπαξ ἤρξαντο ἀλογεῖν ἀληθείας οἱ μυθοπλάσται.* Etiam Verbo *μυθοπλαστεῖν* uti Philo solet, ut De profugis 356. E. *οὐ μυθοπλαστῶν, ἀλλὰ πράγματος ἰδιότητα μηνύων.* Cf. et De monarchia 635. F. lin. extr. De gigantibus 227. C. aliisque locis. Has.

τὸν Κρόνον — γίνεσθαι] Cic. De nat. deor. II. 25. *Κρόνος enim dicitur; qui est idem [quod] χρόνος, id est, spatium temporis — ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia, annisque praeteritis insaturabiliter expletur.* Cf. Nost. De ostent. p. 276. Macrob. Saturn. I. 8. p. 235. ed. Bip. et Appulej. De mundo 752. p. 370. ed. Leid. Plutarch. De Iside p. 363. D. 368. F. et Wyttenbachii Animadvv. pag. 215. et p. 231. Plutarch. Quaest. Romm. XII. p. 266. F. Ovid. Fast. IV. 197. sqq. Etymol. magn. in *Κρόνος* p. 540. Creuzeri Meletem. I. p. 44. not. 8. Aliam hujus fa-

2. *Θρίαμβον ὠνόμαζον οἱ Διονύσου θεράποντες τὴν πομπήν, ἀπὸ τῶν θύρσων καὶ τῶν ἰάμβων, οἱονεὶ τῶν σκωμμάτων, ὡςανεὶ θυρσίαμβον· ἢ ἀπὸ τοῦ θροεῖν, κατὰ Πλούταρχον.*

3. *Οἱ Λυδοί, φασιν, ἐφεῦρον τὸν οἶνον· καὶ οὐκ οἴνου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ συκῆς φυτόν.*

4. *Μοῦστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν, ὅτι μυστήριον πρῶτοι Σαρδιανοὶ προςηγόρευσαν, ὡςανεὶ μύστην.*

p. 2. 5. *Σαβῖνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὠνομάσθη· τὸ γὰρ Σαβῖνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει.*

6. *Μεσσαπία, ἡ Καλαβρία, ἀπὸ Μεσσάπου.*

7. *Λουκανίαν, τὴν ἀλσωδεστάτην· τὸ γὰρ ἄλσος κατὰ στέρησιν λοῦκον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀφεγγές, ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην.*

c. II. 8. [*Ὅτι Ἔρυλον, τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατασχὼν Εὔανδρος, ὁ τῆς μαντικῆς Καρμέντης υἱός, ἔσχε τὴν χώραν, τρίψυχον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα. τριπλᾶς γὰρ ἔχειν τὴν ψυχὴν δυνάμεις*

bulae explicationem vid. infr. IV. 48. med. Rr.

2. *Θρίαμβον — θροεῖν*] Non admodum abhorrens a Nostro Hesychius in *Θρίαμβος*: *Θρ. πομπή, ἐπίδειξις νίκης, Διονυσιακὸς ὕμνος ἴαμβος.* Paulo aliter, ac Plutarchus a Laurentio excerptus, Etym. m. in *θρίαμβος*, p. 455. *ἢ ἀπὸ τοῦ θορεῖν. πηδητικὸς γάρ (Διόνυσος).* Ceterum vid. Scaligeri Conject. in Varron. p. 89. et cf. Wesseling. ad Diodor. Sicul. IV. 5. p. 250. Conf. Suid. s. v. p 206. Kust. et Creuzer. Dionys. p. 264. qui nostrum locum tractat. — Pro *ὠνόμαζον* Cod. Paris. male *ἐνόμιζον.* Rr.

3. *Οἱ Λυδοί — οἶνον*] Inde Euripides Bacch. 460—490. Bacchi mysteria ex Lydia profecta docet. Cf. Creuz. Symbol. vol. III. p. 119. Rr.

4. *Μοῦστον — ἔγνωσαν*] Manuel. Moschopul. in Lex. Philostr. ap. Cangium: *γλεῦκος, ὁ νέος οἶνος, ὁ κοινῶς λεγόμενος μοῦστος.* — *Γιγνώσκω* verbum h. l. ita accipiendum, ut Latinum *nosco* apud Appulej. De mundo 721. p. 313. ed. Leid. *Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit.* Rr.

2. Triumphum Bacchi ministri appellabant pompam, a thyrsis et iambis, id est, dictis, tanquam thyrsiambum: aut a verbo θροεῖν, (id est, clamare, tumultuari) auctore Plutarcho.

3. Lydos vinum invenisse dicunt, nec vinum solum, verum etiam ficum.

4. Mustum vinum Romani noverant, quoniam mysterium primi Sardiani nuncupabant, quasi mystam, id est, sacris imbutum).

5. Sabini nomen a vitis cultura, nomine rei consentaneo, ductum est; significat enim hoc nomen satorem vitis.

6. Messapia, Calabria, a Messapo.

7. Lucaniam, admodum silvestrem; silvam enim *κατὰ στέρησιν* (i. e. secundum privationem) lucum Romani vocant, quod luce caret, quemadmodum Graece *ἄξυλος* dicitur silva.

8. Erylum Italum, quo superato Evander, Carmentae fatiloquae filius, tenebat regionem, trium animorum fuisse, perquam philosophice fabula significat: triplicem enim in animo inesse vim Socrates

5. *Σαβῖνος*] A *serendi* et *vini* vocabulis, vel ab *οἶνος* derivat nomen. Aliter Festus, qui secutus Varronem *ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι* (*θεούς*) derivat. Cf. Creuzer. Symb. vol. II. p. 964. Rr.

6. *Μεσσαπία*] Plin. Hist. nat. III. 11. *Calabriam — Graeci Messapiam a duce appellavere.* Cf. Paul. ap. Fest. in voce *Messapia.* Rr.

7. *λοῦκον*] Conf. Varro De ling. Lat. V. p. 60. Scal., quem locum Scaliger in Conject. p. 90. sic emendat: *Lucaria item a luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus.* Rr.

ὡς ἄξυλον τὴν ὕλ.] i. e. Graeci dicunt. Cf. Hom. Il. XI. 155. *ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ.* Rr.

8. *Ὅτι Ἔρυλον κ. τ. λ.*] Virg. Aen. VIII. 560. ubi Evander ita: *Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi, Nascenti cui tris animas Feronia mater (Horrendum dictu) dederat* rell., ad quem locum Servius: *Per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quatuor an tres animae sint in homine, φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, remota κινητικῇ.* Pro *Herilus* Servii libri mspti

ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης παραδίδωσιν, ἡνίοχον μὲν τὸν νοῦν, ἵππους δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις. ταύτῃ καὶ χαλινῶσαι τὴν ψυχὴν θεσπίζει τὰ λόγια·

Χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν,
Ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυςμόρῳ, ἀλλὰ σαωθῇ.

τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως ἐξ ἐναντίων δυνάμεων τυγχανούσης, ἀνάγκη καὶ τῇ διὰ πάντων κεχωρηκυίᾳ ψυχῇ τὰς ἐναντίας ἐφαρμόζειν ἀρχάς· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν ἐκ τῆς μονάδος (τουτέστι, τοῦ νοῦ), τὸ δὲ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς δυάδος (οἷον τῆς ὕλης) ἐστί· κἂν εἰ τὸ λόγιον ὅλην τὴν ψυχὴν τριάδα θείαν παραδίδωσι· φησὶ γὰρ ὁ αὐτός·

p. 3. *Ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κράσας ὁμονοίαις,*
Νῷ καὶ νεύματι θείῳ, ἐφ᾽ οἷς τρίτον ἁγνὸν ἔρωτα,
Συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνόν, ἔθηκεν.]

c. III. 9. *Ὁ Εὔανδρος πρῶτος γράμματα ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, τὰ λεγόμενα Κάδμου, εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκόμισεν, οὐ τοσαῦτα μέν, ὅσα νῦν ἐστιν (οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡ παλαιότης παραδέδωκε, μόνα δὲ ἓξ πρὸς τοῖς δέκα, τοῦ ξ̄ καὶ τοῦ ζ̄ καὶ τοῦ ψ̄ ἀντὶ διπλῶν, τοῦ θ̄ καὶ*

et *Herylus*, et ut Noster, *Erylus*. Rr.

ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτ.] Aut Lydus erravit, aut librarii peccarunt: legendum ὁ ἐν Φαίδρῳ Σ. Plat. Phaedr. 253. p. 53. Bekk. p. 247. Hdf. Rr.

θεσπίζει τὰ λόγια] De his oraculis vid. Gesner. ad Orph. Fragmm. XXIII. p. 482. — Quae sequuntur versus, ii ex Magicis oraculis fluxisse videntur. Cf. Oracc. Magica p. 17. ed. Opsopoei, Paris. MDCVII. p. 78. ed. Gallaei, ubi sic: *Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετόν, — Μὴ δὲ κάτω νεύσῃς*, et quae sunt rell. Rr.

τῆς γὰρ τῶν ὅλων—τυγχανούσης] Vid. hac de re Plutarch. De plac. philos. I. 30. p. 562. ed. Wyttenb., qui Empedocli naturam esse dicit *μίξιν τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν*, Anaxagorae *σύγκρασιν καὶ διάκρισιν*, τ. ε. *γένεσιν καὶ φθοράν*. Rr.

τὸ μὲν γὰρ αὐτ. λογικὸν κ. τ. λ.] Ad hunc locum praeter Platonem in Phaedro l. l.

in Phaedone docet, aurigam rationem, equos autem animi vires. Quare etiam frena injici animo oracula jubent:

> Oportet hominem ratione praeditum frena injicere animo, ne incidat in terram infaustam, sed conservetur salvus.

Universi enim natura cum ex contrariis viribus orta sit, etiam animo per omnia effuso contraria initia convenire necesse est: pars enim animi ea, quae mentis est particeps, monade, id est, mente, continetur, ea autem, quae est animi et voluptate alitur, dyade, tanquam materia; quanquam oraculum totum animum triadem divinam esse docet. Dicit enim idem:

> Animi scintillam duabus postquam miscuit concordiis, ratione et numine divino, quibus tertium amorem castum, omnia conjungendi et foecundandi vim habentem, venerandum, adjunxit.

9. Evander primus ex Graecia literas Cadmeas, quae dicuntur, in Italiam attulit, non totidem quidem, quot nunc sunt (neque enim ita antiquitas tradidit), sed sedecim tantum, cum literae ξ et ζ atque ψ duplices, ϑ et φ et χ adspiratae, η et ω

conferend. Plutarch. De plac. philos. IV. 4. p. 623. et IV. 5. p. 625. ibid. 17. p. 637. et 21. p. 641. sq. Macrob. In Somn. Scip. I. 6. p. 32. Bip. et Nost. infra II. 8. — Ceterum totum hoc octavum excerptum in Cod. Paris. deest. Rr.

9. *Ὁ Εὔανδρος — ἐκόμισεν*] Dionys. Halic. Antiq. Rom. I. p. 26. 28. ed. Francof.: *λέγονται δὲ καὶ* (Arcades puta cum Evandro) *γραμμάτων Ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι νεωστὶ φανεῖσαν Ἀρκάσι.* De literis Cadmeis vid. Herodot. V. 58. sq. Conf. Liv. I. 7. Ephor. Fragm. ed. Marx. p. 239. (ex Clem. Alex. Strom. I. p. 362. Pott.) et Noster De ostent. p. 10. A. Rr.

εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκόμισεν] Sic reposui ex Cod. Paris. pro Schowii *ἐ. τ. Ἰ. ἀνεκόμισεν*, ubi male repetita est ultima vocis *Ἰταλίαν* syllaba. Rr.

οὐ τοσαῦτα μέν] Cod. Barberin. *οὗτος αὐτὰ μέν*: mendose.

τοῦ φ̄ καὶ τοῦ χ̄ ἀντὶ δασέων, τοῦ η̄ καὶ τοῦ ω̄ ἀντὶ μακρῶν ὕστερον προςεξευρημένων. πέντε γὰρ ἦν τὰ πάλαι φωνήεντα, τοῦ μὲν ε̄ στοιχείου τὴν τοῦ η̄ παρεχομένου χρείαν, τοῦ δὲ ō τὴν τοῦ ω̄, ὅπερ ἔτι καὶ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ μόνῳ τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν ἀμείβει· ὕστερον δὲ Μάρκος Φλάβιος, γραμματιστὴς Ἰταλός, τοῖς Ἕλλησιν ἀκολουθήσας, τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέγραψεν. φιλεῖ γὰρ ὁ χρόνος ἐναμείβειν τὰ πράγματα.

10. *Φοίνικες πρῶτοι τοκογλύφοι καὶ ὀβολοστάται* p. 4. *τυγχάνοντες, γράμματα καὶ σταθμοὺς καὶ ἁπλῶς τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν, ὅθεν καὶ καπήλους αὐτοὺς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. ἀλλ' ἐπανίωμεν ὅθεν ἐξεκλίνομεν.*

11. *Τρισώματον τὸν Γηρυόνην φασίν, οὐχ ὅτι τοσούτοις ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ.*

c. IV. 12. [*Ὅτι εὔριπος ὠνομάσθη ἡ μέσον τοῦ ἱπποδρόμου κρηπίς, ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως Εὐρίπου καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· οὕτω γὰρ ἐπ' ἐκείνου*

Sch. Cod. Paris. cum Barberin. consentit. Ex qua lectione facile emendari potest locus corruptus, separatis tantummodo literis immutatoque spiritu: *οὐ τοσαῦτα*. Has. Hanc Hasii emendationem Schowianae *οὗτοι αὐτὰ μέν*, ut „postulante sensu levi mutatione sese correxisse" dicit, praeferre adeoque in textum recipere nullus dubitavi. Boissonadius quoque ad Ovidianar. Metamorph. Planudeam interpret. p. 628. conjicit *οὐ τοσαῦτα*. Rr.

ὕστερον προςεξευρημένων] Sic cum Paris. legendum putavi pro Schowii *ὕ. προςευρημένων*. Vid. Plin. Hist. nat. VII. 56. Rr.

πέντε γὰρ ἦν τ. π. φωνήεντα] Etymol. Gud. in *Μείς* p. 384. — *καὶ ἐπειδὴ οἱ ἀρχαῖοι ἠγνόουν τὰ μακρὰ στοιχεῖα, ἐτίθεσαν ἀντὶ τοῦ η̄ τὸ ε̄ καὶ ἀντὶ τοῦ ω̄ τὸ ō.* Rr.

τ. δύν. ἀμείβει] Paris. *τ. δ. ἀμείβειν* [sic]. Rr.

Μάρκος Φλάβιος] Macrob. Sat. I. 14. p. 268. Bip. memorat *M. Flavium scribam* quendam, quo Caesar in ordinando anno usus sit. Rr.

10. *Φοίνικες — τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν*] Hinc in sacris Hebraeorum libris nomine כְּנַעֲנִים, quod proprie significat *Phoenices*, in universum

longae postea insuper invenirentur. Quinque enim erant antiquitus vocales, litera ε̄ literae η̄ usum praebente, ŏ autem literae ω̄, quod hodieque apud Romanos tenet, et solo tempore (id est, mora) vim suam mutat. Post vero M. Flavius, Grammaticus Italus, secutus Graecos, Romanis literis reliquas addidit. Solet enim tempus res immutare.

10. Phoenices cum primi argentarii sordidique foeneratores essent, literas librasque et omnino artem lucri faciundi excogitarunt, unde etiam *καπήλους* (id est, institores) eos poetae nominant. Sed redeamus unde digressi sumus.

11. Tria habuisse corpora Geryonem dicunt, non, quod tot usus fuit corporibus, sed quod tres insulae in Oceano sitae, belli ei sociae fuerunt.

12. Euripus dicebatur crepido, quae in medio Circo erat, a maritimo fortasse Euripo, qui septies reciprocatur: ita enim in illo dicunt accidere. Et

mercatores designantur. Vid. Job. XL. 25. Prov. XXXI. 24. Rr.

ἀλλ᾽ ἐπαυίωμεν ὅθ. ἐξεκλίνομεν] Haec ex Paris. recepi. Rr.

11. *Τρισώματον τὸν Γηρυόνην*] Virg. Aen. VIII. 202. *Tergemini nece Geryonae* rel. Cf. interprr. ad locum Virgil. et Gierigii not. ad Ovid. Fast. I. 543. Cf. praeterea Appulej. Metam. III. 55. p. 208. ed. Leid. et inprimis Beroaldi not. in Appendic. p. 99. — Palaephat. 25. *τρικέφαλον* dicit Geryonem, nominatum ita ab urbe *Τρικαρηνίᾳ*. Melius Apollod. II. 5. 10. Rr.

τρεῖς νῆσοι] Dici a Lydo duas Baleares et Ebusum, neminem fugit. Rr.

12. Hoc excerptum Cod. Paris. multo brevius habet, sic: *Εὔριπος καλεῖται ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως εὐρίπου καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωςφόρων σωμάτων σκιὰν ἀποτελούντων, ἥλιος μόνος ἔξω ταύτης ἐστίν.* Rr.

Ὅτι εὔριπος — διαυλοδρομίας] Vocem *ἴσως* ante *Εὐρίπου* recepi ex Cod. Paris. Ceterum conjungenda haec cum iis, quae infra III. 25. 26. IV. 25. Joannes habet de ludis Circensibus. Sed errat dicens crepidinem in medio Circo Euripum dictum fuisse: est potius

φασὶ συμβαίνειν. καὶ πυραμὶς δέ ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ἡ δὲ πυραμὶς Ἡλίου, ἐπεὶ ἄσκιος ὁ τοιοῦτος βωμός· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωςφόρων σωμάτων σκιὰν ἀποτελούντων αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἐστί, καὶ ἄνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος ἐπὶ τοῦ εὐρίπου βωμοὶ τρεῖς, Κρόνου, Διός, Ἄρεος, κάτωθεν δέ, Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ καὶ Σελήνης. οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων, ἤτοι σταδίων, περὶ τὴν πυραμίδα (ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι) διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταί, διὰ τὸ τοσούτους εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους (οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ, διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον. τέσσαρσι δὲ καὶ εἴκοσι βραβείοις τὸν πάντα συνετέλουν ἀγῶνα διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον· δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας ἡ πυραμὶς ἐπιδέχεται, τουτέστι, στερεὰς τέσσαρας, ὧν ἑκάστη ἐκ τριῶν· δὶς δὲ τὸν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνοντες τὸν τῆς ἡμέρας

Euripus canalis ille, quem Caesar Circo addidit. Sueton. Caes. 39. Cf. Plin. Hist. nat. VIII. 7. Quem *θαλάττιον* dicit *Εὔριπον*, is Chalcidicus ille est, de quo cf. Nostr. infr. II. 11. sub fin. Rn.

καὶ πυραμίς] Potius scribendum erat *κ. ὀβελός*. Vid. paulo inferius. Ad ea quae sequuntur, *ἡ δὲ πυραμὶς Ἡλίου κ. τ. λ.* *Laurentius Nokk*, vir juvenis doctissimus mihique in primis amicus, qui animadversiones suas in multos Laur. Lydi locos, mathematici maximam partem argumenti, humanissime mecum communicavit, locum Platonicum, Tim. III. 2. p. 71. Bekk. laudat, qui sic habet: *ἔστω δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα.* Rn.

αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἐστί] De natura Solis vid. Plut. De plac. philos. II. 20. p. 581, De reliquis sideribus ibid. 13. p. 575. Rn.

βωμοὶ τρεῖς] Varrop. Fragm. p. 51. ed. Scaliger. ex Augustino: '*Tres arae sunt in Circo ad columnas, in quibus stant signa.*' Rn.

Χαλδαῖοι] Assyriorum magi. Cf. Buroald. Comment. in Appulej. Metam. II. p. 75. a. ed. Leid. — Nisi fortasse sub Chaldaeis intelligit Hebraeos, quorum vocem רָקִיעַ interprr. LXX convertunt per *στερέωμα*, Vulgata per *firmamentum*: e gr.

pyramis est in medio stadio; pyramis autem Solis est, quoniam umbra caret ejusmodi ara: omnibus enim sideribus luciferis umbram efficientibus, ille solus ejus expers est. Et supra pyramidem in Euripo arae sunt tres, Saturni, Jovis, Martis; infra, Veneris, Mercurii et Lunae. Neque vero plus quam septem curriculis, id est, stadiis, circa pyramidem, quem nunc obeliscum vocant, certabant cursores, propterea quod totidem sunt planetarum poli, quae Chaldaei *στερεώματα* (id est, firmamenta) dicunt, excepto lunari, quoniam usque ad illum pervenit omnis materiae excrementum. Quatuor autem et viginti missibus totum conficiebant certamen, secundum eam, quae in pyramide est, rationem: duodecim enim pyramis continet angulos, hoc est, solidos quatuor, quorum quisque tres habet angulos planos: bis autem duodenarium numerum in duas

Genes. I. 14. 15. 17. Vid. Bielii Thes. III. p. 319. in *στερέωμα* ibique Is. Vossium. — Chaldaeorum de planetis placitum quoddam attigit Plutarch. de Isid. p. 370. C. ad quem vid. Wyttenb. Animadvv. p. 236. Rr.

μέχρις αὐτοῦ — σκύβαλον] Schowius *μέχρι*, sed scribendum *μέχρις*. Has. Ad rem quod adtinet, notandum est, omnium planetarum Lunam infimum locum obtinere et proxime ad Terram accedere. Conf. Nostr. infr. III. 8. sub fin. *ἡ Σελήνη γὰρ κ. τ. λ.* Rr.

τέσσαρσι δέ — ἀγῶνα] Vetustiori tempore non quatuor, sed quinque et viginti ut plurimum missus uno die instituebantur. Serv. ad Virg. Georg. III. 18. ex Varrone: *Olim XXV missus fiebant: sed vigesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui desiit esse, postquam conferendae pecuniae est consuetudo sublata.* Rr.

δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας κ. τ. λ.] Ad hunc locum Nokkius adnotat haec: „Simplicissimam intelligit pyramidem, Tetraëdrum vulgo dictam. Infra IV. 52. *ἡ γὰρ πυραμὶς ὑπὸ τεσσάρων βάσεων καὶ τεσσάρων γωνιῶν μόνη περιεχομένη, καὶ πρώτη τριχῆ διαστάτη* (sic enim legendum). Tribus autem angulis planis solidum unum effici, neminem latet. Plato Tim. p. 69. Bekk. *τρίγωνα δὲ ἰσόπλευρα ξυνιστάμενα τέτταρα κατὰ σύντρεις ἐπιπέδους γωνίας μίαν, στερεὰν γωνίαν ποιεῖ τῆς ἀμβλυτάτης τῶν ἐπιπέδων*

p. 5. *καιρὸν ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι. καὶ ἄλλως δέ πως ἡ πυραμὶς ἁρμοδία ἐστὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις, Νεμέσεως γὰρ εἶναι νομίζεται.]*

13. *Πλεύσας ἐκεῖθεν Αἰνείας μετὰ πολλὰς ὅσας πλάνας κατάγεται ἐν πόλει τῆς Ἰταλίας λεγομένῃ Λαυρεντίᾳ, ἣν καὶ Ὀππικήν φασιν ὀνομασθῆναί ποτε, ἐξ ἧς καὶ ὀππικίζειν, καὶ (ὡς τὸ πλῆθος) ὀφφικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἰταλοὶ λέγουσιν. εἶτα, ἐπιγαμβρεύσας Λατίνῳ βασιλεύοντι τῆς χώρας, αὐτός τε βασιλεύσας τρισὶν ἐνιαυτοῖς, οἴχεται. — — Τοσούτων οὖν ἐπιξενωθέντων τῆς Ἰταλίας, ὥςπερ ἐδείχθη, Λατίνους μὲν τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας ἐκάλουν, ἀπὸ Λατίνου (τοῦ ἄρτι ἡμῖν ῥηθέντος) καὶ Γραικοῦ, τῶν ἀδελφῶν, ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις·*

— — — *Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον.*
Κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαυοῦ Δευκαλίωνος
Πανδώρη Διὶ πατρί, θεῶν σημάντορι πάντων
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι, τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

c. v. 14. *Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην τῇ πρὸ δεκα-*

γωνιῶν ἐφεξῆς γεγονυῖαν· τοιούτων δὲ ἀποτελεσθεισῶν τεττάρων πρῶτον εἶδος στερεόν — ξυνίσταται." Rr.

ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι] Nokkius: „Malim *ἔ. κ. νῦν συντελοῦσι.*" Rr.

ἄλλως δέ πως] Sic legendum pro vitioso quod Schowius habuerat *ἄ. δέ περ.* Vitium ortum ex similitudine vocum *πως* et *περ* compendiose scriptarum. Has.

13. *Πλεύσας ἐκεῖθεν*] *Troja* intellige. Rr.

μετὰ πολλὰς ὅσας πλ. κατάγ.] *ὅσας* Schow. non habet ex Paris. recepi. Sed male Cod. pro *κατάγεται* habet *κατάγε* [sic]. Rr.

Λαυρεντίᾳ] Scribendum erat Lydo *Λαυρέντῳ;* dicit enim *Laurentum* oppidum. Liv. I. 1. Rr.

ὀππικίζειν] *Opice loqui, opizare, opicare.* Vid. Lexica v. *Opicus,* et in primis Cangii Glossar. Latin. in *Opizare.* Rr.

Τοσούτων οὖν] Ante *Τοσούτων οὖν* multa desunt; agebatur procul dubio in antecedentibus de gentibus extraneis Italiam inhabitantibus. Sch.

partes dividentes diei tempus hodieque definimus. Et alia qua ratione pyramis in eos convenit, qui in curriculo certant: Nemesis enim esse putatur.

12. Aeneas quum illinc navigasset, post errores quam plurimos adpellitur apud urbem Italiae, quae Laurentum dicebatur, quam etiam Opicam olim nominatam fuisse ferunt, unde et *ὀπικίζειν* (id est, opice loqui, opizare) et (ut vulgo pronunciatur) *ὀφφικίζειν* dicunt Itali pro, barbare loqui. Deinde cum Latini, regionis illius regis, filiam duxisset uxorem, atque ipse quoque tres annos regnasset, decessit. — — Tam multi igitur postquam peregre venerunt in Italiam, ut docuimus, Latinos indigenas, Graecos vero Hellenum lingua loquentes appellabant, a Latino, quem paulo ante commemoravimus, et Graeco, fratribus, ut dicit Hesiodus in Catalogis:

— — — Agrium atque Latinum. Puella autem in aedibus generosi Deucalionis, Pandora, Jovi Patri, deorum omnium imperatori, mista concubitu, Graecum peperit belli labores sustinentem.

14. Romulus autem condit Romam XI Kal. Maj.,

ἐπιξενωθέντων — ἐδείχθη] Cod. Paris. perperam *ἐπιξυνωθέντων — ἐδείχθη αὐτοῖς*. Rr.

Γραικοῦ] De scriptura vid. Steph. Byz. p. 279. ibique Berkel. Cr.

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον κ. τ. λ.] Conf. Clericum et Heynium Wolfiumque ad Hesiod. Theogon. vers. 1013. qui versus incipit: *Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον*. Cr. Quod ego de hoc fragmento Hesiodeo addam, non habeo, cum Creuzerus in libro, qui inscribitur: Briefe über Homer und Hesiodus, p. 179. p. 220. et potissimum p. 222. not. de eo jam egerit. Rr. — In Barb. *ἄγριον εἶδε Λ.* errore manifesto. Sch. Cod. Paris. non *εἶδε Λ.* sed *ἠδὲ Λ.*, quod fortasse Bigot. ipse in transscribendo Codice correxit. Has. Pro *μενεχάρμην* Paris. male *μανεχάρμην*. Rr.

14. *Ῥωμύλος δὲ κτίζει κ. τ. λ.*] Ovidio quoque auctore (Fast. IV. 806. 721. sq.) dies natalis urbis Romae in Palilium festum, i. e. XI Kal. Maj. incidit. Vid. Schneider. Indic. ad

μιᾶς Καλενδῶν Μαΐου, κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἕκτης, ἢ (ὡς ἕτεροι) κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὀγδόης· ἡ δὲ ὥρα
p. 6 *τῆς πόλεως ὥρα δευτέρα, πρὸ τρίτης, ὡς Ταῤῥούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξεν, Ἡλίου μὲν Ταύρῳ, Σελήνης δὲ Παρθένῳ, Κρόνου δὲ Ζυγῷ, Διὸς δὲ Λέοντι, Ἄρεος Ζυγῷ, Ἀφροδίτης Ταύρῳ, Ἑρμοῦ Κριῷ.*

Scriptores rei rust. in *Parilia.* — τῆς ἕκτης, intellige Ὀλυμπιάδος. Sic Joannes noster De ostent. p. 72. A. ἕως ἕκτης, ubi tamen ὥρας intelligendum. Vid. Has. Animadv. p. 301. C. Plura de hac re vid. apud Petavium De doctrin. tempp. IX. 54. p. 64. edit. Veron. ibique laudatum Plutarch. qui in Romul. cap. XI. habet haec: Ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι — — ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν — — Κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ τῇ ἐννάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. Verba ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης Nokkius ita interpretatur: „hora secunda exeunte, paulo ante tertiam." Reliquas de anno Romae conditae sententias vide in Creuzeri libro: Abriss der Röm. Antiquitt. §. 15. p. 14. — Καλενδῶν scripsi pro Καλανδῶν, (ut et hoc et omnibus aliis locis, ubi de *Kalendis* agitur, habent Codices et habuerat Schowii editio) suadente et ratione, et vero etiam aliorum scriptorum more, v. c. Theodor. Gaz. De mensibus cap. XV., ubi perpetuo legimus Καλένδαι. Conf. Joannis nostri librum De ostentis, ubi Hasius quoque perpetuo scripsit Καλένδαι. Rh.

ἡ δὲ ὥρα τῆς πόλεως κ. τ. λ.] Aliter Vatic. Ὅτι ἡ ὥρα τῆς Ῥώμης, ὅτε Ῥωμύλος ταύτην κτίζειν ἤρξατο, ἐστὶ ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταῤῥούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξε, Διὸς μὲν ἰχθύσι, Κρόνου δὲ καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ σκορπίῳ, ἡλίου δὲ ταύρῳ καὶ σελήνης ζυγῷ. Sch.

Ταῤῥούτιος ὁ μαθ.] Sic scribendum nomen, consentiente et Cod. Vaticano, neque, ut Schowius habuerat, Ταῤῥούστιος, neque etiam, ut Parisin. exhibet, Ταῤῥούσιος. Vid. de hoc Tarrutio Cic. De divinat. II. 47. 98., qui habet de eo haec: *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, inprimis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus; Romamque, in jugo cum esset luna, natam esse dicebat, nec ejus fata canere dubitabat.* — Sed scribendumne sit Tarrutius an Tarutius, alii viderint, cum in nulla, quod sciam, inscriptione Romana hoc nomen omnibus literis scriptum exstet. Qui Tarrutius scribendum putaverint, iis patrocinatur

anno tertio Olympiadis sextae, vel (ut alii dicunt) secundo octavae: hora autem natae urbis secunda est, (paulo) ante tertiam, ut Tarutius Mathematicus censuit, cum Sol in Tauro esset, Luna in Virgine, Saturnus in Jugo, Jupiter in Leone, Mars in Jugo, Venus in Tauro, Mercurius in Ariete. Initium an-

Καὶ χθόνιοι κόλποι τε καὶ ἠέριοι καὶ ὕπαυγοι,
Μηναῖοι πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται
Ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας, καὶ ἀβύσσων.]

c. III. 6. *Αἱ τοῦ σπόρου ἑορταί, αἱ λεγόμεναι παρὰ Ῥωμαίοις σημαντίβαι, τουτέστι σπόριμοι, οὐκ ἔλαχον*

ἡ δὲ τοῦ ἀνδρὸς κ. τ. λ.] Pro *ἀνδρός* legendum censuerim *ὕδρου*, *hydri*, cujus vocis ductus in Codicibus prope accedunt ad vocem *ἀνδρός*. Has. Ger. Vossius De idololatria II. 29. p. 167. „Sed Hecates capita sunt humana: vel secundum Orpheum in Argonauticis dextrum equi, medium *hominis agrestis*, sinistrum canis.“ Tu vid. Argon. Orphei v. 980. sqq.: *λαιοῦ δέ οἱ ἔσσυτ' ἐπ' ὤμου Ἵππος χαιτήεις· κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι Λυσσῶπις σκυλάκαινα· μέση δ' ὄφις ἀγριόμορφος* —, ubi tamen *ὄφις* pro *ἔφυ* ex conjectura Hermanni, cui parum favet hic Lydi locus, nisi ex voce *ὕδατος* cum Hasio effinxeris *ὕδρου*, pro *ἀνδρός*. Utut est, in *πικρὰ καὶ ἄστατος* habes quodammodo periphrasin vocis *ἀγριόμορφος* apud Orpheum. Illud autem *πικρός* proprie usurpatur de mari aquaque marina. Hemsterhus. ad Lucian. Dialogg. marin. 3. pag. 353. seq. Bip. Wyttenb. in Bibl. crit. VII. p. 17. et Lectt. Platonn. ad calcem Plotini De pulcrit. pag. 464. sqq. Cerberum autem tribus elementis assignat Porphyrius ap. Theodoretum in Therapeut. III. p. 777. Schultzii: *ὁ τρικάρηνος κύων, τουτέστιν ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι, πονηρὸς δαίμων.* Nominis *Κερβέρου* etyma alia alii sectati sunt. Vid. v. c. Eudociam in Violeto p. 256. Ex Aegyptio sermone repetit Zoëga De obeliscis p. 290. — Caeterum quod de *quatuor* Hecates formis prodit Lydus, singulare est. Hoc magis auctorem debebat nominatim citare, qui tradiderit. Cr.

ὅθεν καὶ Κέρβερον κ. τ. λ.]

acerbam et instabilem naturam ad aquae; canis autem ad castigandum et ad custodiendum propensam ad terram. Unde etiam *Κέρβερον* eam (quasi *κρεωβόρον*, i. e. carnivoram) poëtae appellant. Ipsa igitur Luna cum quatuor elementis praesit, merito veteres initium anni utrique simul dicarunt lumini.

5. Luna continuo cum quavis rerum generatarum coiit (i. e. fecundam eam reddidit) et omnia quae sunt, ab ea gubernari perspicuum est, ut est in oraculis:

> Nymphae fontium cunctaque numina aquatilia, et sinus terrestres atque aërii quique sunt sub luce, lunares *ἐπιβήτορες* atque *ἐπιβῆται*, i. e. qui fecundatis omnem materiam et quae in coelo, et quae in terra est, ac profunditates.

6. Sementis feriae, quae dicuntur a Romanis sementivae, id est (Graece) *σπόριμοι*, non stato cele-

De Cerbero deo vid. Creuzer. ad Cic. De nat. deor. III. 17. p. 560., ubi hic ipse locus tractatur atque adnotatur, fuisse (e. gr. Lydum) qui Hecaten cum Cerbero confudissent. Rr.

ἀμφοτέροις ἅμα] Sic flagitante nexu scribere non dubitavi pro Schowii *ἀμφότερον ἅμα*. Rr.

5. *Ὅτι ἡ Σελήνη κ. τ. λ.*] Conf. de his, quae Paris. om., infra IV. 53. fin. *Ἀρχὴ γενέσεως Σελήνη*. — De voce *προςεχῶς* vid. qui copiose de ejus significatu agit Hasium ad Laurent. librum De ostent. p. 309. sqq. — *γεννητῶν* reposui pro *γενητῶν*. Notanda constructio verbi *ἐπιβαίνω* cum Dativo. Rr.

Νύμφαι πηγ. — ἀβύσσων] Paris. om. Rr. In secundo versu fulcrum ob metrum inserui; legebatur: *κόλποι καὶ η*. Sch. Vers. quartum exhibuit tanquam ex Orpheo auctoritate Olympiodori in Plat. Alcib. I. sect. 3. Gesnerus, p. 508. Herm. (Cf. annot. ad Olympiod. I. 1.) *ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας, καὶ ἀβύσσων. οὐρανίης* omisso *τε* Olympiodor. *ἀστερίης* Olympiod. *ἀβύσσου* Olympiod. Cr. Vox *μηναῖος* in Lexicis desideratur: habent illa *μηνιαῖος*. Rr.

6. *Αἱ τοῦ σπόρου κ. τ. λ.*] Descripsit hunc locum Marini in: Atti de' Arvali I. p. 139. a. Cr.

παρὰ Ῥωμ. σημαντίβαι] Codex: *παρὰ Ῥωμαίοις σημαντί-* *ν* *βαι*. ex duplici pronunciatione *Sementiuae* et *Sementinae*, nam *β* hic pro *υ*. Sch. Cum Cod. legendum *σημαντίβαι* (quae forma frequentior est), non, ut Schowii textus habuerat, *σημαντίναι*. Rr.

οὐκ ἔλαχον ὡρισμέν. ἡμ.]

ὡρισμένην ἡμέραν, ὅτι οὐκ εὐπρεπὴς πᾶς καιρὸς εἰς ἀρχὴν σπόρου· ἢ γὰρ πρώϊμος διὰ τὰς ἐπομβρίας, ἢ ὄψιμος διὰ τὰς βραδυτῆτας γίνεται. ἦγοντο δὲ ἐπὶ δύο ἡμέρας, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ μέσον γινομένων ἑπτά. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἱεροποίουν Δήμητρι, οἷον τῇ Γῇ, τῇ ὑποδεχομένῃ τοὺς καρπούς· εἶτα μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας Κόρῃ, τῇ τῶν καρπῶν ἐφόρῳ, ἐπεὶ πᾶν σπέρμα ἑβδομαῖον προκύπτει. καὶ οὐ σπέρμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμψύχων τὰ πτηνὰ τὸν ἑβδομαῖον ἐπὶ τριάδι κατὰ τὴν γένεσιν φυλάττει λόγον, λόγῳ μὲν ξηραινομένων χυμῶν. καὶ ὅσον οἱ φυσικοὶ σημειοῦνται· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τρίτης ἄρχεται ἡ καρδία κινεῖσθαι, ἐπὶ p. 33. *δὲ τῆς ἑβδόμης τὸ σύμπαν αἱματοῦσθαι, ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης διαρθροῦσθαι τὸ σῶμα, ἐπὶ δὲ τῆς εἰκάδος πρώτης (ῥηγνυμένου τοῦ κελύφους) ἀφιέναι φωνήν. μεγίστη γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἑπτάδος· ὁ γὰρ κατ' αὐτὴν ἀριθμὸς ἀμιγής ἐστι καὶ ἀμήτωρ, μήτε γεν-*

Conceptivae erant, non statae. Vid. Ovid. Fast. I. 658. Conf. Indicem edit. Gierig. ibique laudatos veterum locos, et Festum s. v. ibique in edit. Dacerii laudat. Varron. De re rust. I. 2. Rr.

γινομένων ἑπτά] Ita emendavi pro mendoso *γινομένῃ ἑπτά*. Sch.

Δήμητρι, οἷον τῇ Γῇ] Cic. De nat. deor. II. 26. sub fin. *nam ab Graecis illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ nominata est.* Cf. adnotata et ad hunc locum, et ad cap. 28. p. 322. ed. Moser. et Creuz., et Creuzer. Symbol. vol. IV. p. 303., denique ejusdem Meletem. I. p. 25. ibique adnotata. Rr.

εἶτα μετὰ ἑπτὰ ἡμ. κ. τ. λ.] Gell. N. A. III. 10. Censorinus De die natali p. 32. ibique Lindenbrog., Olympiodor. in Platon. Alcibiad. I. sect. 17. ibique annot. Cr.

Κόρῃ τῇ τῶν καρπ. ἐφ.] Porphyr. De antro Nymphar. p. 118. Barnes. *Οὕτω παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη, ἥπερ ἐστὶ παντὸς τοῦ σπειρομένου ἔφορος, ἱστουργοῦσα παραδίδοται.* Rr.

πᾶν σπέρμα ἑβδ. προκ.] Theol. Arithm. 49. p. 48. Ast. *Ὅτι καὶ σπέρματα πάντα ὑπὲρ γῆν ἀναφαίνεται δι' ἑβδόμης μάλιστα ἡμέρας ἐκφυόμενα.* Varro De re rust. I. 45. *plerumque e terra exit ordeum diebus VII., nec multo post triticum.* Rr.

ξηραινομ. χυμῶν] Sic posui ex Apogr. Mariniano atque Codice Parisino pro ξ. *χηνῶν*, ut Schowii textus habuerat. Rr. Ambo Codices *χηνῶν*. Apogr.

brabantur die, quandoquidem non quodvis tempus ad incipiendam sementem idoneum est: aut enim fit tempestiva, propter imbres, aut sera, propter cunctationes. Agebantur autem biduum, non deinceps, sed septem intermissis diebus: et priori sacra faciebant Cereri, tanquam Telluri, quae recipit fruges; deinde septem post diebus Proserpinae, frugum praesidi, quandoquidem omne semen post septimum diem germinat. Nec semen solum, sed etiam ex animantibus aves praeter triadem septimanam in generatione sequuntur rationem, cum ex ratione arescant liquores. Et ut Physici significant: tertia enim (hebdomade) cor moveri incipit, septima universum converti in sanguinem, quartadecima corpus in articulos formari, prima autem eicade (i. e. post primum viginti hebdomadum spatium), cum disrumpitur putamen, edere vocem. Maxima enim heptadis vis est; ejus enim numerus non mixtus est et matre caret,

Marinum: *χυμῶν*, quod forte verum est. Scн.

καὶ ὅσον] Haec verba novae periodi initium esse puto, quam ob rem post *χυμῶν* pro commate, quod ante fuerat, posui punctum. Rectius fortasse Kayserus legendum conjicit *καθ᾽ ὅσον*. Rв.

ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τρίτ. κ. τ. λ.] Conf. cum his infra IV. 21. Plura de hac re ex veteribus collegit Macrob. in Somn. Scip. I. 6. p. 36. sqq. Bip., ubi omnia, quae ad conceptum, partum, cett. pertinent, ad numerum septenarium referuntur. Conf. praeterea Ter. Varron. apud Gell. III. 10. et quae collegit Ast. in Animadvers. ad Theol. Arithm. pag. 188. Empedoclis Asclepiadisque hac de re sententias vid. in Plutarch. De plac. philos. V. 21. p. 669. Wyttenb. Rв.

τοῦ κελύφους] Paris. male *τ. κελύφου*. Rв.

μεγίστη γὰρ ἡ δ. τ. ἑ.] Cf supra II. 11. Rв.

ὁ γὰρ κατ᾽ αὐτ. ἀριθμὸς κ. τ. λ.] Theolog. Arithmet. 42. p. 41. Ast. ubi Anatolius sic: *Ὅτι ὁ ἑπτὰ ἀμήτωρ καὶ παρθένος ἀπὸ μονάδος.* et Animadverss. p. 181., ubi ex Theone Smyrn. 46. p. 161. haec: *διὸ καὶ Ἀθηνᾶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐκαλεῖτο, οὔτε μητρός τινος οὖσα, οὔτε μήτηρ*: quae a Macrobio In Somn. Scip. I. 6. p. 25. Bip. in clariore luce ponuntur, qui ita habet: *Huic autem numero, id est*

νῶν μήτε γεννώμενος, ὡς ἕκαστος τῶν ἐν τῇ δεκάδι ἀριθμῶν. ὅθεν οἱ Πυθαγόρειοι Ἀθηνᾷ τὴν ἑπτάδα ἀνατίθενται· τῇ γὰρ περιόδῳ, φασί, τῆς ἑβδομάδος πάντα ἀθάνατα διασώζεται. καὶ διὰ τοῦτο καλοῦσιν αὐτὴν παρθένον ὀμβριμοπάτραν, διότι τὸ τῆς μονάδος, τῆς πάντα περιεχούσης καὶ ὑποστησάσης μόνης, ἐστι γέννημα· αἰτία γὰρ πάντων ἡ μονάς. λέγεται δὲ καὶ κρίσις διὰ τὸ τῷ ταύτης ἀριθμῷ πάντα λαμβάνειν τὴν ἐπὶ θάτερον ἔκβασιν. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς καθολικῆς τῶν ἀνθρώπων ἡλικίας· ἐπὶ γὰρ τοῦ ἑξηκοστοῦ τρίτου ἐνιαυτοῦ (ἑπτὰ δὲ ἐννεάδων ἐστὶ συνεκτικός) ἡ γένεσις [κρίνεται, τοῦ ψυχοκρατητικοῦ, ὅς ἐστιν ἕβδομος, καὶ τοῦ σωματοπλαστικοῦ, ὅς ἐστιν ἔνατος, συνιόντων ὁμοῦ.]

c. IV. 7. Ὁ Νουμᾶς, πανταχοῦ τὸν περιττὸν (ἀλλ' οὐ τὸν ἄρτιον) ἀριθμὸν τιμῶν, τριχῇ τὰς ἑορτὰς τοῦ μηνὸς διετύπωσε. τρίπους γὰρ οἰκεῖος Ἀπόλλωνος· καὶ γὰρ τῆς μονάδος ἐστὶν εἰκών. ταύτῃ καὶ τὰς τοῦ
p. 31. μηνὸς ἑορτὰς διέταξε. τριῶν γὰρ εἶναι λεγομένων τῶν τῆς Σελήνης δρόμων, ὀξέως, μέσου καὶ ἀνειμένου, δι' οὓς καὶ Τριοδῖτιν τὴν Ἑκάτην (οἱονεὶ τὴν Σελήνην) οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, τρισὶν ἑορταῖς τὸν μῆνα διέλαβε.

septenario, adeo opinio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur. nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum. Pallas ideo, quia ex solius monadis foetu et multiplicatione processit, sicut Minerva sola ex uno parente nata perhibetur. Rr.

διότι τὸ τῆς] Articulum τό recepi ex Cod. Parisino. Rr.

λέγεται δὲ καὶ κρίσις] Olympiodor. in Platonis Alcibiad. I. sect. 17. Cr. Cf. Creuzeri uberrimam notam ad Olympiod. p. 158., ubi et nostrum locum memorat. Adde Theolog. Arithm. 45. p. 42. Ast. ubi sic: Ἐν νόσοις κρίσιμος ἡ ἑβδομάς. Rr.

ἐπὶ γὰρ τοῦ ἑξ. — ὁμοῦ] Verba κρίνεται et quae sequuntur usque ad ὁμοῦ om. Paris. Signum parentheseos, quod in Schowii editione post γένεσις fuerat, Hasio suasore posui post συνεκτικός. — Similia sunt in Theolog. Arithm. 54. p. 53. Ast.: *Τί γὰρ δεῖ νῦν καὶ περὶ τῶν κλιμακτήρων λεπτολογεῖν ἑβδοματικῶν*

ut qui neque generat, neque generatur, ut quisque numerorum in decade. Unde Pythagorei Minervae heptadem dicant: heptadis enim, ajunt, circuitu omnia immortalia servantur. Et hac de causa eam virginem potente patre natam dicunt, quoniam monadis, omnia amplectentis soliusque constituentis, est progenies: causa enim omnium rerum monas est. Dicitur autem *κρίσις* (i. e. discrimen) propterea quod ejus numero omnia habent ad alterutram partem exitum. Et hoc ex universa hominum aetate apparet: ex anno enim sexagesimo tertio (septem autem enneades continet) generatio judicatur, anno, qui ad animum formandum vim habet, qui est septimus, et eo, qui ad corpora effingenda, qui est nonus, simul convenientibus.

7. Numa, ubique impari, non pari numero, plurimum tribuens, tripartito mensis ferias distribuit. Tripus enim proprius Apollinis; etenim est monadis simulacrum. Ita etiam mensis ferias instituit. Tres enim cum esse dicantur Lunae cursus, celer, medius et remissus, quamobrem etiam Triviam Hecaten (tanquam Lunam) poëtae vocant, ternis feriis mensem

μάλιστα παρὰ τοῖς ἀποτελεσματολόγοις δογματιζόμενον; Conf. Ast. in Animadvers. p. 192. sq. ibique locos, in quibus de anno climacterico agitur. Rn.

7. *Ὁ Νουμᾶς — διετύπωσε*] Vat. *Ὅτι Νουμᾶς, εἰς τρία τὸν μῆνα διελών, τριχῆ τὰς ἐν αὐτῷ διετύπωσε ἑορτάς.* Sch. Pro *διετύπωσε* Paris. *ἐτύπωσε.* Rn. Cf. supra II. 6. sub fin. Adde Ciceron. De republ. II. 14. ibique Angeli Maii annotat. Cf. paulo infra post med. hujus excerpti ibique adscriptum locum Plutarchi in Quaest. Romm. cap. XXIV. Cr.

τριῶν γὰρ εἶναι κ. τ. λ.] Plutarch. in libello *Περὶ τοῦ ἐμφαιν.* XXIV. p. 795. Wyttenb. *καίτοι μίαν οὐ κινεῖται κίνησιν, ἀλλ᾽, ὥς που καὶ λέγεται, Τριοδῖτίς ἐστιν, ἅμα μῆκος ἐπὶ τοῦ ζωδιακοῦ καὶ πλάτος ἐπιφερομένη καὶ βάθος· ὧν τὴν μὲν περιδρομήν, τὴν δὲ ἕλικα, τὴν δὲ οὐκ οἶδα πῶς ἀνωμαλίαν ὀνομάζουσιν οἱ μαθηματικοί.* Rn.

Τριοδῖτιν τὴν Ἑκ. — καλοῦσι] Paris. male *τριοδίτην τ. Ἑ. — φησί.* Orph. Fragmm. XXXIV.

τρίμορφος γάρ ἡ Σελήνη, καὶ ὅπως, ἐκ τοῦ χρησμοῦ γνωστέον· λέγει δὲ οὕτως·

Ἠδ' ἐγώ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος,
Ταυρῶπις, τρικάρηνος, ἀπηνής, χρυσοβέλεμνος,
Φοίβη, ἀπειροτέχνη, φαεσίμβροτος, Εἰλήθυια,
Τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρισσὰ φέρουσα.

ὀξυτέραν γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, ποιεῖται τὴν πορείαν τὴν πρὸς τῷ χειμερινῷ τροπικῷ, βραδυτέραν δὲ τὴν πρὸς τῷ θερινῷ, ὁμαλὴν δὲ τὴν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ. πρώτη τοίνυν τοῦ μηνὸς ἑορτή ἐστιν ἡ λεγομένη παρὰ μὲν Ῥωμαίοις Καλένδαι, παρὰ δὲ Ἕλλησι Νουμηνία· Καλένδας δὲ αὐτὰς οἱ παλαιοὶ προσηγόρευσαν ἐξ Ἑλληνικῆς σημασίας, ἀπὸ τοῦ καλεῖν τὸν ἀρχιερέα τὴν βουλὴν ἐν τῇ λεγομένῃ Καλαβρᾷ βασιλικῇ, καὶ σημαίνειν, εἴτε χρὴ κατὰ τὴν πεμπταῖαν, εἴτε κατὰ τὴν διχότομον τῆς Σελήνης ἐπιτελέσαι τὴν τῶν Νωνῶν ἑορτήν, ἐξ ἧς τὴν μεσομηνίαν ἐπετήρουν.

p. 491. Herm. *Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω τριοδῖτιν ἐραννήν.* Conf. Ast. Animadv. ad Theol. Arithm. p. 179. Inde Romanis dicitur *Trivia.* Vid. Ovid. Fast. I. 141. sq. 389. Appulej. Apolog. 459. p. 467. ed. Bosch. Rh.

τρίμορφος] Paris. τρίμος [sic]. Rh.

Ἠδ' ἐγώ εἰμι — τρισσὰ φέρουσα] Hoc Hecates Oraculum desumtum ex Eusebii Praeparat. evang. IV. 23. p. 175. C. inter Oracula metrica Jovis, Apollinis cett. ab Opsopoeo collecta (Paris. MDCVII.) p. 62. et 65. (p. 48. ed. Gallaei) reperitur, sed pro ταυρώπης, ut apud Nostrum antea legebatur, habet ταυρῶπις, pro ἀπειροτέχνη — ἀπειροτεχνής, pro Εἰλήθυια — Εἰλείθυια, pro τριστίχου — τριστοίχου et τρισσὰ φέρουσα pro τρὶς ἀφαιροῦσα. (Τρίστοιχος bis recurrit apud Nostr. infra III. 25.). Accedunt praeterea hi tres versus: *Αἰθέρι μὲν πυρόεσσιν ἰνδομένη εἰδώλοις, Ἠέρα δ' ἀργεννοῖσι τροχάσμασιν ἀμφικάθημαι, Γαῖα δ' ἐμῶν σκυλάκων δνοφερῷ γένος ἡνιοχεύει.* Ex his Lydum emendavi. Pro ταυρώπης jam Boissonadius ad Ovidianar. Metamorphos. interpretat. Planudeam p. 603. legendum conjecit ταυρῶπις. Rh. In ἀπειροτέχνη metrum claudicat; reponerem ἀπειρότοκος, virginitatis, quae in Dianam optime cadit, epitheton. Sch. Nihil mutandum, nequaquam enim metrum claudicat, mutâ ante liquidam apud poëtas haud necessario efficiente positionem. Itaque nec audien-

partitus est. Triformis enim Luna, et id quomodo sit, ex oraculo cognoscere licet. Loquitur autem ita:

> Illa ego sum puella multiformis, coelum permeans, tauri vultum habens, triceps, saeva, aureas sagittas jaciens, Phoebe, artium imperita, lucem mortalibus afferens, Ilithyia, tripartitae naturae signa terna gestans.

Celeriorem enim, ut ait Aristoteles, conficit cursum circa solstitium hibernum, tardiorem circa aestivum, aequabilem circa aequinoctium. Primus igitur mensis festus dies est qui Kalendae dicitur a Romanis, a Graecis *Νουμηνία* (i. e. interlunium). Kalendas autem eas veteres vocaverunt ex Graeca significatione, inde, quod pontifex maximus *ἐκάλει* (vocabat) senatum in Calabram, quae dicebatur, curiam, et significabat, utrum oporteret quinto die, an Luna dimidiata agere Nonarum ferias, unde medium mensem

dus Lobeckius, quanquam elegantissima est ejus conjectura, qui in Programmate De mysteriis privatis P. I. p. 17., ubi Euseb. (IV. 23. p. 175.) ἀπειροτεχνής, utique illud corrigendum, mutat in ἀπειρολεχής, ita: ,,idem vitium J. Lydo De mens. III. 4. 34. eximendum cum aliis foedioribus, quae Editor adhibitis necessariis subsidiis facile corrigere potuisset.“ Rr.

πρώτη τοίνυν — Καλένδαι κ. τ. λ.] Ter. Varro De ling. Lat. V. p. 49. Scal.: *Primi dies mensium nominati Kalendae ab eo, quod heis diebus Kalentur ejus mensis Nonae a pontificibus, quintanae ne an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Kalabra sic dictae, Quinque Kalo Juno Novella. Septem Kalo Juno Novella.* (quae Jos. Scaliger p. 80. ita emendat: — — *Calabra sic: DIES TE QUINQUE KALO JUNO NOV. — SEPTEM DIES TE KALO JUNO NOVELLA.*). Conf. Macrob. Sat. I. 15. p. 273. Bip. et Ideler: Ueber die Zeitrechn. d. Röm. p. 118. sq. Cf. praeterea quae in Graev. Thes. Tom. VIII. de Kalendis, Nonis cett. disputantur. — μέν ante Ῥωμαίοις Paris. om. Καλαβρᾷ βασ. scripsi pro Schowii Καλαβρῇ βασ. De praepositione ἐν pro εἰς posita vid. infra ad IV. 3. Rr.

Νωνῶν ἑορτήν] De Nonis vid. Ideler. l. l. p. 121., ubi examinatis veterum hac de re locis adnotat, Nonas dictas fuisse, quoniam in quovis mense

ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν μηνῶν τῶν ἔτι καὶ νῦν τὰς σεληνιακὰς σωζόντων ἑορτὰς πεμπταίας τὰς Νώνας ἐσή-
p. 35. *μαινε, καθ' ἃς ἐπὶ τῆς τρισκαιδεκάτης καὶ μοιρῶν τινων, οὐ τὴν τοῦ φωτός, ἀλλὰ τὴν τοῦ σεληνιακοῦ σώματος εἰκός ἐστι συντρέχειν μεσότητα. ὁ γὰρ τῶν δεκατριῶν ἀριθμὸς συνέστηκεν ἐκ τῶν πρώτων δυοῖν τετραγώνων τοῦ τέσσαρα καὶ τοῦ ἐννέα (ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ) πλευρὰς ἐχόντων, τοῦ μὲν ἀρτίου τὸ ὑλικὸν εἶδος, δυάδα, τοῦ δὲ περιττοῦ τὴν δραστηρίαν ἰδέαν, τριάδα. οὗτος οὖν ὁ ἀριθμὸς ἡ μεγίστη καὶ τελειοτάτη τῶν ἑορτῶν γέγονε τοῖς ἀρχαίοις ἐπιτήρησις. ἡ γὰρ πεντεκαιδεκάτη παρὰ μοίρας ἓξ κυρίως ἐστὶν ἡ μεσομηνία· αὐτοῦ γὰρ τοῦ φωτός ἐστιν ἡ μεσότης. ὅθεν καὶ Διὸς αὐτὴν ἑορτὴν (οἷον Ἡλίου) νενομίκασι, δι' οὗ σύμφαμεν φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην. ἐπὶ δὲ τῶν ἡλιακῶν ἑβδομαίας τὰς Νώνας ἐσήμαινον· ὁ γὰρ ἕβδομος ἀριθμὸς Ἡλίου ἐστίν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. δῆλον γὰρ τὴν μὲν ἐλαχίστην τῆς Σελήνης περίοδον εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἡμερῶν εἶναι καὶ ὡρῶν τινων, τοῦ δὲ φωτὸς ἐγγὺς τριάκοντα. πρώτη τοίνυν ἡ νεομηνία, ἐξ ἧς ἔθος Ῥωμαίοις προκαλεῖν τὴν δευ-*

in ante diem *nonum Idus* incidant. Rr.

πεμπταίας τὰς Νών. ἐσήμ.] Vat. *πεμπταίας τὰς νόννας ἐπετέλουν.* Sub *ἐσήμαινε* intelligitur ex praecedentibus *ὁ ἀρχιερεύς.* Sch.

ἀλλὰ τὴν τοῦ σεληνιακοῦ.] Fuerat *ἀλλὰ τοῦ σελ.* Sed Articulum *τήν* Grammatica flagitat. Has.

τοῦ μὲν ἀρτίου κ. τ. λ.] Cf. supra II. 6. 7. — *δραστηρίαν* scripsi pro vitioso *δραστήριον.* Rr.

οὗτος οὖν ὁ ἀριθμ. — ἐπιτήρησις] Vat. *οὗτος γὰρ οὖν ὁ ἀριθμὸς ἡ μεγίστη καὶ τελειοτάτη τῶν ἑορταστικῶν θυσίων γέγονε τ.* Sch.

ὅθεν καὶ Διὸς αὐτ. ἑορτ. κ. τ. λ.] Ovid. Fast. I. 56. *Idibus alba Jovi* rell. Conf. vers. 587. sq. — Jovem item et Solem esse ut Pherecydis placitum recurrit infra IV. 3. — *τῷ Διΐ, καὶ γὰρ Ἥλιος αὐτὸς κατὰ Φερεκύδην.* Macrob. Saturn. I. 23.: *eundem esse Jovem ac Solem claris docetur indiciis.* Caussam, cur a Mythicis Jupiter Sol dicatur, reddit Noster in libro De ostent. p. 174. sic: *Ὥστε ἥλιος αἴτιος κεραυνῶν. Ταύτῃ Ζεὺς ὁ αὐτὸς καὶ Ἥλιος τοῖς μυθικοῖς*

constituebant. In iis enim mensibus, qui etiam nunc lunares habent ferias, quintanas Nonas promulgabat, secundum quas die tertio decimo et quibusdam partibus (gradibus) non luminis, sed lunaris corporis medietatem convenire consentaneum est. Trium enim decem numerus duobus prioribus constat quadratis, quatuor et novem (paris et imparis) numerorum habentibus latera, paris, materialem speciem, dyadem; imparis autem efficacem ideam (s. notionem effingentem), triadem. Hujus igitur numeri maxima ac diligentissima in feriis a veteribus ratio habebatur. Quintus enim decimus exceptis partibus (gradibus) sex, ut plurimum est medius mensis: ipsius enim luminis est medietas. Quare etiam Jovis has ferias (tanquam Solis) instituerunt, a quo collustrari Lunam constat. In solaribus autem septimanas Nonas indicabant: septimus enim numerus Solis est, ut ante dixi. Minimum enim Lunae circuitum viginti septem dierum et horarum nonnullarum esse constat, lucis autem prope triginta. Primae igitur feriae interlunium (Kalendae), a quibus solebant Romani

λέγεται καὶ κεραυνὸν ἐπιφέρεται καὶ ἀετὸς ὑπηρέτης αὐτῷ. Rr.

δι᾽ οὗ — φωτίζ. τ. Σελ.] Conf. Gemini Element. astron. cap. VII. ubi plura de Lunae illuminationibus. Rr.

ὁ γὰρ ἕβδομος ἀρ.] Praetulerim ὁ γ. ἑβδομαῖος ἀρ. Has.

ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται] Supra II. 11. Rr.

δῆλον γὲρ — τριάκοντα] Vat. ἐλαχίστην τῆς σελήνης ἀποκατάστασιν εἴκοσι κ. Ex Vat. ἐγγὺς τριάκοντα reposui pro vitiosa Barb. codicis lectione ἐγγὺς τρία ἔτη. Sch. Paris. item: τρία ἔτη. — De hac re Gemin. Elem. astron. cap. XV. sic habet: ἐπεὶ γὰρ ὁ μηνιαῖος χρόνος παρετηρήθη ὑπάρχων ἡμερῶν εἴκοσι ἐννέα $\frac{\alpha}{\beta}$ ὡς ἔγγιστα καὶ τριακοστοῦ τρίτου (dier. $29\frac{1}{2}\frac{1}{33}$), ἡ δὲ ἀποκατάστασις τῆς σελήνης ἡμερῶν κζ' καὶ ὀκτωκαιδεκάτου ($27\frac{1}{18}$) ὡς ἔγγιστα κ. τ. λ. Cf. Macrob. In Somn. Scip. I. 6. p. 33. Bip. Rr.

προκαλεῖν] Paris. male προςκαλεῖν. Id m ἢ ante ἑπτά om., pro προςεπιλογίσεται habet προεπιλογ., pro καλεῖται post Νῶναι — καλοῦνται, et verba ἀντὶ τοῦ ἐννέα — τριςκαιδεκάτην it. omitt. Rr.

τέραν ἑορτήν, τουτέστι, τὰς Νώνας. εἰσὶ δὲ μέσαι ἀπὸ τῆς νεομηνίας ἄχρι τῶν Νωνῶν ἢ τέσσαρες, ἢ ἕξ, ὡς γίγνεσθαι τὰς πάσας σὺν καὶ αὐτῇ τῇ νεομηνίᾳ ἢ πέντε, ἢ ἑπτά. εἴ τις οὖν ἀπὸ τῆς πεμπταίας καὶ αὐτῆς ἐννέα προςεπιλογίσεται ἡμέρας (αὕτη δὲ ἡ προςθήκη παρὰ Ῥωμαίοις Νῶναι καλεῖται), ἀντὶ τοῦ ἐννέα (τοσαῦται γάρ εἰσιν) εὑρήσει τὴν [ἐκ μικρᾶς σεληνιακῆς ἀποκατάστασιν μέσην, τουτέστι, τὴν τριςκαιδε-
p. 36. κάτην· οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἑβδομαίας, μετ' αὐτῆς ἀριθμῶν τὰς ἐννέα, εὑρήσει τὴν τοῦ φωτὸς μεσομηνίαν, τουτέστι, τὴν πεντεκαιδεκάτην.] ἀποφράδας δὲ πάντως τὰς Νώνας εἶχον, νῦν μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πεμπταίας, νῦν δὲ ὡς ἀπὸ διχοτόμου, μηδὲ ὠνομάσθαι ἢ ταύτην ἢ ἐκείνην τὴν φάσιν ὑπομένοντες, ἀλλὰ τὴν μετὰ ἐννέα ἡμέρας ἐπιφοιτῶσαν μεσομηνίαν, τουτέστι, τὰς Εἰδούς, ἢ καὶ ἄλλως τιμῶντες διὰ τὴν τῶν φώτων ἐπιτήρησιν. ὅτι δὲ ἐξ Ἑλληνικῆς σημασίας τίκτεται τὸ τῶν Καλενδῶν ὄνομα, ἐξ αὐτῆς ἐστι λαβεῖν τῆς γραφῆς· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τῷ Ἑλληνικῷ κάππα τὰς Καλένδας γράφουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. ἰστέον δέ, ὅτι αἱ Καλένδαι Ἥρας ἑορτὴ ἐτύγχανον, τουτέστι, Σελήνης. οἱ γὰρ φυσικοί, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες, Δία μὲν τὸν Ἥλιον, Ἥραν δὲ τὴν Σελήνην ἐνόμιζον εἶναι· καὶ τὴν μὲν νεομηνίαν ταύτῃ, τὰς δὲ Εἰδοὺς (τουτέστι, τὴν μεσομηνίαν) Διΐ, ἤγουν Ἡλίῳ, ἀνέφερον πληνιλούνιον τὰς Εἰδοὺς καλοῦντες, οἱονεὶ πληροσέληνον. τὸ δὲ

ἀποφράδας δέ — εἶχον] Perperam Barb. ἀποφράσας δὲ πάντως τὰς νόννας εἶχεν, v. quod ex apogr. Marino emendavi. Sch. Paris. male πάντας pro πάντως. — Religiosas censuisse Romanos Nonas, ex Suetonio intelligitur, qui in vita Octaviani cap. 92. Augustum perhibet quosdam dies observasse, *ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quidquam rei seriae inchoaret.* Pari modo Macrob. Sat. I. 15. p. 275.: *Nec hoc praetermiserim, quod nuptiis copulandis Kalendas, Nonas et Idus religiosas, id est, devitandas censuerunt.* Cujus rei ibidem in sequentibus rationem reddit. Rr.

μηδὲ ὠνομάσθαι — ὑπο-

ante dicere secundas ferias, id est, Nonas. Sunt autem medii inter Kalendas et Nonas vel quatuor, vel sex dies, ut efficiantur universi cum ipsis Kalendis vel quinque, vel septem. Si quis igitur inde ab ipso quinto die novem adnumerabit dies (haec autem accessio a Romanis Nonae appellatur) pro novem (tot enim sunt) reperiet parvi mensis lunaris compensationem mediam, id est, tertium decimum: ita in septimo quoque die, novem ei addens reperiet medium mensem luminis ratione habita, id est, quintum decimum. Nefastas autem omnino Nonas habebant, modo ob quintum diem, modo ob Lunam dimidiatam, ne appellari quidem eas vel hac, vel illa locutione patientes, sed novem post diebus venientem medium mensem, id est, Idus; sive etiam aliam ob causam honorem iis tribuentes, sequentes luminum rationem. Ex Graeca autem voce nasci Kalendarum nomen, ex ipsa scribendi ratione percipere licet; etenim nunc quoque Graeco Kappa Kalendas scribunt Romani. Sciendum autem, Kalendas Junonis ferias fuisse, id est, Lunae. Physici enim, ut ante diximus, Jovem esse censebant Solem, Junonem autem Lunam; et interlunium huic, Idus autem, id est, medium mensem, Jovi, tanquam Soli, dicabant, plenilunium Idus vocantes, velut πληροσέληνον.

μένοντες] Aliter atque in translatione factum est, haec ita Latine reddi poterant: *ne adhiberi quidem vel hanc, vel illam vocem, patientes.* Rr.

μεσομηνίαν] Paris. male *νεομηνίαν*. *Νεομηνία* sunt Kalendae, non Idus. Conf. Nostr. in antecedentib. Rr.

ἐξ Ἑλληνικῆς σημασ.] Cf. supra Excerpt. 7. Rr.

ὅτι αἱ Καλένδαι Ἥρας ἑορτὴ κ. τ. λ.] Ovid. Fast. I. 55. Macrob. Saturn. I. 15. p. 275. *cum enim initia mensium majores nostri ab exortu lunae servaverint, jure Junoni addixerunt Kalendas, Lunam ac Junonem eandem putantes.* Conf. Ideler. Ueber die Zeitrechn. d. Röm. p. 120. et Creuzer. Symb. vol. II. p. 557. Rr.

τὸ δὲ τῶν Εἰδῶν ὄνομα — εἰςενηνεγμ.] Vat. *τὴν δὲ μεσο-*

τῶν Εἰδῶν ὄνομα παρὰ μὲν τοῖς πολιτικοῖς ἐκ τοῦ εἴδους τῆς Σελήνης, παρὰ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπὸ θυσίας τρόπου εὑρίσκομεν εἰςενηνεγμένον. [πεμπταίας δὲ ἢ ἑβδομαίας τὰς Νώνας μετὰ τὰς Καλένδας ἐκήρυττον, ὅτι ἑκάτερος τῶν ἀριθμῶν οἰκειότατος τοῖς φωσίν. ἀπὸ δὲ τῶν Νωνῶν καὶ αὐτῶν ἕως τῶν Εἰδῶν καὶ αὐτῶν μόνας ἐννέα μέσας παρετηρήσαντο, ὅτι οἰκειότατος καὶ προςφυὴς ὁ ἐννέα ἀριθμὸς τῇ Σελήνῃ· οὗτος γὰρ ἑαυτὸν γεννᾷ κατὰ Ξενοκράτην· ἀόριστος
p. 37. *γὰρ ἡ ἄχρις ἐννεάδος πρόβασις καὶ πλήθει σύνοικος. τὴν μὲν οὖν νουμηνίαν ἔλεγον Καλένδας, τὴν δὲ δευτέραν τοῦ μηνός, πρὸ τεσσάρων ἢ πρὸ ἕξ (ὡς εἴρηται) Νωνῶν· τὴν δε τετάρτην, πρὸ μιᾶς Νωνῶν, διὰ τὸ ἀποφράζεσθαι τὴν δυάδα· τὴν πέμπτην Νώνας· τὴν ἕκτην, πρὸ ὀκτὼ Εἰδῶν· τὴν ἑβδόμην, πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν· τὴν ὀγδόην, πρὸ ἕξ Εἰδῶν· τὴν ἐννάτην, πρὸ πέντε Εἰδῶν· τὴν δεκάτην, πρὸ τεσσάρων Εἰδῶν· τὴν ιά, πρὸ τριῶν Εἰδῶν· τὴν ιβ', πρὸ μιᾶς Εἰδῶν· τὴν τριςκαιδεκάτην, Εἰδούς· τὴν ιδ', εἰ μὲν πεμπταῖαι ἦσαν αἱ Νῶναι, καὶ ὁ μὴν ἡμερῶν λ', πρὸ ιή Καλενδῶν τοῦ ἐπιόντος μηνός, εἰ δὲ πεμπταῖαι μὲν αἱ Νῶναι, καὶ ὁ μὴν ἡμερῶν λά, πρὸ ιθ' Καλενδῶν ὁμοίως· εἰ δὲ αἱ Νῶναι μὲν ἑβδομαῖαι, καὶ ὁ μὴν λά ἡμερῶν, τὴν ιέ, πρὸ ιζ' Καλενδῶν ὁμοίως. ἐπὶ δὲ τοῦ Φεβρουαρίου μόνου τὴν ιδ', πρὸ ις' Καλενδῶν Μαρτίων, καὶ καθεξῆς καθ' ὑπόβασιν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Καλενδῶν. ἡνίκα δὲ ἂν βίσεξτον ᾖ, τὴν κέ καὶ τὴν κς', τῇ*

μηνίαν εἴδους ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς σελήνης, ἢ ἀπὸ θυσίας τινὸς, ἥτις εἴδουλις ὠνομάζετο. Sch. Macrob. Saturn. I. 15. p. 274. Bip. *Nonnullis placet Idus dictas vocabulo Graeco οἷον ἀπὸ τοῦ εἴδους quod eo die plenam speciem Luna demonstret.* Festus: *Idulis, ovis, quae omnibus Idibus Jovi mactabatur.* Macrob. l. l. *Sunt, qui aestiment, Idus ab ove Iduli dictas, quod hoc nomine vocant Tusci, et omnibus Idibus Jovi immolatur a Flamine.* Vid. Ovid. Fast. I. 56. — Conf. Ideler. libello modo cit. p. 122. Rr. Ut universum hoc caput, ita hic

Iduum autem nomen apud politicos ἐκ τοῦ εἴδους (i. e. ex specie) Lunae, apud sacerdotes autem a sacrificii genere reperimus in linguam inductum. Quintanas autem vel septimanas Nonas post Kalendas promulgabant, quoniam uterque numerus aptissimus est luminibus. Ab ipsis autem Nonis usque ad ipsas Idus novem solos medios dies interponebant ideo, quod aptissimus et natura conjunctus numerus novenarius Lunae: hic enim se ipse gignit, ut videtur Xenocrati; infinita enim est usque ad enneadem progressio et multitudini conjuncta. Interlunium igitur dicebant Kalendas, secundum autem mensis diem a. IV vel a. VI (ut dictum est) Nonas; quartum, pridie Nonas (propterea quod nefasta habebatur dyas); quintum, Nonas; sextum, a. VIII Idus; septimum, a. VII Idus; octavum, a. VI Idus; nonum, a. V Idus; decimum, a. IV Idus; undecimum, a. III Idus; duodecimum, pridie Idus; tertium decimum, Idus; quartum decimum, si quintanae erant Nonae, et mensis dierum triginta, a. XVIII Kalendas mensis sequentis; si quintanae Nonae et mensis dierum triginta unius, a. XIX Kalendas similiter; si autem Nonae septimanae et mensis triginta dierum, diem XV a. XVII Kalendas similiter. In solo autem Februario diem XIV a. XVI Kalendas Martias, et deinceps, diminuentes dierum ante Kalendas numerum. Quando autem bissextum erat, diem XXV et XXVI

praecipue locus comparandus cum Plutarcho in Quaestionib. Romm. cap. XXIV. p. 269. E. p. 103. ed. Wytt. Cf. Wyttenb. in Var. lect. et in Animadvv. p. 29., qui etiam Macrobii Saturn. I. 15. laudat. Plutarcheus autem locus non minus mutilatus est quam hic Laurentianus. De *Jove* tanquam Sole et de Junone Luna prodit idem Plutarchus in Quaest. Romm. LVII. p. 282. C., ubi Wyttenbachius in Animadvv. p. 44. non memor erat hujus loci similiumque. Cr.

πεμπταίας δέ] Haec usque ad verba λοιποὶ πάντες om. Paris. Rr.

πρὸ ἓξ Καλενδῶν Μαρτίων ἔλεγον, ὃ καὶ εἴρηται. ἔχουσι δὲ ἑβδομαίας μὲν τὰς Νώνας Μάρτιος, Μάϊος, Ἰούλιος, Ὀκτώβριος· πεμπταίας δὲ οἱ λοιποὶ πάντες.] ἤρεσε δὲ ὅμως τῷ Καίσαρι καὶ μετὰ τὴν ἡλιακὴν τῶν μηνῶν διατύπωσιν τὰς σεληνιακὰς ἑορτὰς τοῖς μησὶ καταλεῖψαι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς δοκούσης ἀνωμαλίας τῶν πεμπταίας καὶ ἑβδομαίας τὰς Νώνας ἐχόντων μηνῶν.

p. 38. C. V. 8. Χαλεπὸν δὲ οὐδὲν ἐκ τῶν τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένων διὰ βραχέων εἰπεῖν, ὅ,τί ποτε ἄρα ἐστὶ νουμηνία, καὶ τίνος χάριν παρὰ πᾶσι φαίνεται ἡ τῆς νουμηνίας δύναμις τιμωμένη (εἰ τἀληθὲς εἰπεῖν) τῇ φύσει τῶν πραγμάτων θεωρουμένη. καὶ τούτου μάρτυς Ἀντίγονος, φάσκων τοὺς μύρμηκας ἐν ταῖς νουμηνίαις ἀναπαύεσθαι· ἀδύνατον οὖν ἰδεῖν μύρμηκα ἐν ταῖς νουμηνίαις ἐργαζόμενον. [ὅτι τοὺς μύρμηκάς φασι ἐν ταῖς τῆς Σελήνης νουμηνίαις μὴ ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἡσυχάζειν. καὶ τὴν ἶβιν δὲ καὶ τὸν κέρκωπα Αἰγυπτίοις ἔνθεν ἐδόκει τιμᾶν· ἀμφότερα γὰρ τὰ ζῶα Σελήνῃ συμπαθῆ εἶναι προςείκασται· ἡ μὲν ἶβις αὐτῷ τε τῷ σχήματι ἐμφερής, ἄκρα μὲν ὁμιχλαίνουσα, λευκαίνουσα δὲ τὰ μέσα καθάπερ ἡ αἰθερία μήνη. ὅτε γὰρ οὐρανὸς ἀσέληνος, οὐδ' ἴβιδες ὁρῶσι, μύουσι δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τουτονὶ τὸν χρόνον, καὶ ἄσιτοι ἐγκαρτεροῦσι τὸ

ἔλεγον, ὃ καὶ εἴρηται] Fuerat ἔλεται [sic]; scribendum ἔλεγον, cujus verbi ductus in Cod. a Schowio facile pro ἔλεται accipi poterant. Has.

ἔχουσι δὲ ἑβδομ. κ. τ. λ.] Cf. Macrob. Sat. I. 13. p. 264. Bip. Ἰούλιος reposui pro vitioso Ἰούλος, quod fuerat in Schowii editione. Rr.

ἤρεσε] Paris. male ἤρησε. Rr.

8. *Χαλεπὸν δὲ οὐδέν*] Hanc locutionem amat Noster: cf. De magistr. I. 28. p. 50. III. 48. p. 236. Rr.

εἰ τἀληθὲς εἰπεῖν] Codex: εἴη̃τ' ἀληθὲς εἰπεῖν τ. menda et correctione unitis. Sch.

τούτου μάρτ. Ἀντίγονος] Antigon. Carist. Hist. mirab. collect. cap. CXL. p. 189. Beckm. καὶ ὅτι οἱ μύρμηκες νουμηνίαις ἀναπαύονται. Conf. Aelian. De animal. I. 22. et Plin. Hist. nat. XVIII. 29. sub fin. Rr.

ὅτι τοὺς μύρμηκας κ. τ. λ.]

a. VI Kalendas Martias dicebant, id quod etiam dictum est. Habent autem septimanas Nonas Martius, Majus, Julius, October; quintanas, reliqui omnes. Verumtamen Caesari etiam post solarem mensium ordinationem lunares ferias mensibus relinquere placuit. Haec quidem de anomalia, quae esse videtur, mensium quintanas et septimanas Nonas habentium.

8. Nihil autem impedit, quo minus ex iis, quae a veteribus tradita sunt, paucis referamus, quid fere sit interlunium, et cujus rei gratia apud omnes, ut apparet, interlunii vis honore afficiatur (si verum dicamus), ubi ex natura rerum spectatur. Atque hujus rei auctor est Antigonus, qui formicas dicit interluniis requiescere: quare formica interluniis operans cerni nulla potest. — Formicas dicunt interluniis non operari, sed quiescere. Et ibim ac cercopem idcirco Aegyptiis visum est venerari: utrumque enim animal Lunae consentire verisimile est: ibis quidem ipsa specie ei similis, utpote quae extremis partibus nigra est, mediis autem alba, ut aetherea Luna. Quando enim Luna in coelo non apparet, neque ibides cernunt, sed connivent oculos illo tempore, et sine victu permanent, cognatum ele-

Omnia quae uncis inclusa sunt, Paris. om. Rr.

καὶ τ. ἶβιν δὲ κ. τὸν κέρκωπα] De ibide ab Aegyptiis culta vid. Creuzer. Symbol. vol. II. p. 486. ibique adnotata. *τὸν κέρκ.* scripsi pro *τὴν κ.* ut habuerat editio Schowii. Rr.

ἡ μὲν ἶβις κ. τ. λ.] Cf. infra IV. 52. sub fin. Aelian. De animal. II. 35. *σελήνης δὲ αὔξησιν καὶ μείωσιν ὅτι οἶδε, καὶ τοῦτο ἤκουσα· καὶ ὅτι τὴν τροφὴν ἑαυτῇ ὑφαιρεῖ καὶ προςτίθησι κατὰ τὴν τῆς θεοῦ καὶ λῆξιν καὶ πρόςθεσιν, πυθέσθαι ποθὲν οὐκ εἰμὶ ἔξαρνος.* Idem X. 29. *σελήνης δὲ ἐκλιπούσης καταμύει ἔςτ' ἂν ἡ θεὸς αὖθις ἀναλάμψῃ.* Rr.

ὅτε γάρ — ὅτε γάρ — ὅτε δέ] Particula *ὅτε* ter repetita molestias mihi facit, neque tamen ideo in *ὅταν* audeo immutare: est enim doctrina de Conjunctionum usu inter eas Grammaticae partes numeranda, in

συγγενὲς στοιχεῖον ἀναμένουσαι. ὁ δὲ κέρκωψ δηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει Σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὐρύνεται, ὅτε δὲ ....
p. 39. *μειοῦται, συστέλλεται.] Δέρκυλλος δέ φησιν, ὅτι γεννᾶται ἐν τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ λίθος λυχνὶς καλούμενος· οὗτος, Σελήνης αὐξομένης, ἦχον μελῳδίας ἀποδίδωσι. καὶ ἐν Ἀράρει δὲ τῷ ποταμῷ τῆς Κελτικῆς τίκτεται ἰχθὺς (κλοπίαν αὐτὸν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσιν) ὃς, αὐξομένης τῆς Σελήνης, λευκὸς γίνεται, μειουμένης, μελαίνεται. Ἀναξιμένης τοίνυν κύκλον τὴν Σελήνην εἶναι βούλεται ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς Γῆς, πλήρη πυρὸς ὥςπερ τοῦ Ἡλίου· Ξενοφάνης δέ, νέφος εἶναι πεπυρωμένον· οἱ Στωϊκοί, μικτὴν πυρὸς καὶ ἀέρος· Πλάτων, ἐκ πλείονος τοῦ πυρώδους· Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας· Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλῃ περιειλημμένην· Πυθαγόρας γε μήν, πυροειδὲς σῶμα. περὶ δὲ τοῦ κατ' αὐτὴν φωτὸς ἐροῦμεν, ὡς Ἀναξίμανδρος μὲν ἴδιον αὐτὴν φῶς ἔχειν βούλεται,*

quibus Lydus noster interdum claudicat. Praeterea infra IV. 52. p. 103. Schow. tota periodus eodem prorsus modo recurrit. Has.

ὁ δὲ κέρκωψ κ. τ. λ.] Cf. Aristotel. Hist. animal. II. 2. ibique Schneider. tom. III. p. 74. sqq. Cr.

ὅτε γὰρ αὔξει Σελήνη κ. τ. λ.] Post *ὅτε δέ* in Codice vacuum lacunae spatium; sensus plenus est. Sch.

Δέρκυλλος — λυχνὶς καλ.] De Dercyllo, cujus nomen etiam simplici litera λ scribitur, vid. Interpretes in Athenaei lib. III. cap. 32. p. 84. sq. Schweigh. Rr. Apogr. Marinum: *λίθος λύχνις κ.* Sch. Ex Apogr. Mariniano et Codice Paris. recepi *λυχνίς* pro *λύχνης*, ut habuerat editio Schowii. De hoc lapide noctu lucente vid. Lucian. IX. p. 118. (quem laud. Schneider. in Lexico) et Plin. Hist. nat. XXXVII. 7. — Orphei Lith. vers. 268. sqq. p. 389. ed. Herm. sic de eo: *ἐκ δ' ἄρα βωμῶν, Ἠΰτε περ κρύσταλλος, ἄνευ πυρὸς ἐκ φλόγα πέμπεις.* Rr.

Ἀναξιμένης] *Ἀναξίμανδρος* Plutarchus in Placit. philos. II. 25. p. 587. Wyttenb. Cr.

ὥςπερ τοῦ Ἡλίου] Fuerat *ὡς ἐπὶ τοῦ Ἡλίου;* ex Plutarchi loco laud. (ubi tamen Beckius ante *τοῦ Ἡλ.* ponit Articulum *τόν*) correxi. Rr.

mentum exspectantes. In cercope autem ejus rei vis magis apparet: quando enim crescit Luna, oculorum ei orbis dilatatur, quando autem senescit, contrahitur. Dercyllus autem in Hydaspi fluvio ait lapidem nasci, qui lychnis dicatur: hic Luna crescente sonum modulatum edit. Et in Arare, Celticae regionis fluvio, nascitur piscis (clopiam eum incolae vocant), qui crescente Luna albescit, senescente, nigrescit. Anaximenes igitur orbem Lunam esse vult novendecuplum proportione Terrae, plenum ignis, ut Solis; Xenophanes, nubem igneam; Stoici, mixtam ex igne et aëre; Plato, majorem ejus partem esse igneam; Anaxagoras et Democritus, corpus solidum ignitum, quod in se habeat planities et montes atque convalles; Heraclitus, terram caliginosa nube contentam; Pythagoras vero, corpus igneum. De luce autem ejus dicendum nobis, Anaximandro eam videri suam propriam habere lucem, sed rariorem

Ξενοφάνης κ. τ. λ.] Plutarch. l. l. ubi tamen pro *πεπυρωμένον* est *πεπιλημένον*. Rr.

οἱ Στωϊκοὶ κ. τ. λ.] Plut. l. l. p. 588. *Οἱ Στ., μικτὴν ἐκ π. κ. ἀ.* Rr.

Πλάτων κ. τ. λ.] Ad verbum hoc Platonis placitum legimus apud Plutarchum l. l. ubi tamen non accurate versum: „majorem ejus partem esse *terream*." Rr.

Ἀναξαγόρας κ. τ. λ.] Verbotenus haec leguntur apud Plut. l. l. excepto *καὶ* post *Ἀναξ.* Rr.

Ἡράκλειτος γῆν κ. τ. λ.] Ex Plutarcho l. l. Cf. Schleiermacher. p. 398., qui Corsinium secutus corrigendum pronunciavit *Ἡρακλείδης*. — Plutarch. exhibet *περιειλημμένην* (pro *περιειλημένην*, ut est in Schowii editione). Cr.

Πυθαγόρας κ. τ. λ.] Plut. l. l. *Πυθαγόρας, κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα Σελήνης.* Rr.

Ἀναξίμανδρος μέν — ἐν καθαρ. ἀέρι φαίνεσθαι] Totus hic locus desumtus ex Plutarch. De plac. philos. II. 28. p. 589. Wyttenb. hac lectionis varietate: *μέν* post *Ἀναξ.* om., pro *φῶς ἔχειν* invers. ord. *ἔχ. φῶς.* — *βούλεται* om., item *ὁ δέ* post *πως* et *μέν* ante *φέγγει.* — *ἰσχ. πυρός* pro *ἰσχ. φωτός.* — pro *ἀμαυροῦντος* ut est in Schowii editione (vitio orto, uti videtur, oculis in *πεφυκότος* aberrantibus), *ἀμαυροῦν*, quod reposui. — *δέ* post *Θαλῆς* om., item *ἐνέκρινεν* et *ὅ γε μήν.* — *πεπονθέναι*

ἀραιότερον δέ πως· ὁ δὲ Ἀντιφῶν, ἰδίῳ μὲν φέγγει λάμπειν τὴν Σελήνην, τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προςβολῆς τοῦ Ἡλίου ἀμαυροῦσθαι, πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου φωτὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν, ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς δὲ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην ἐνέκριναν. ὁ γε μὴν Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην φησί· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασιν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον δὲ τὸν Ἥλιον διὰ τὸ ἐν καθαρῷ ἀέρι φαίνεσθαι. ἀφεστάναι δὲ λόγος ἀπὸ τῆς Γῆς (κατὰ τὸν
p. 40. Ἐρατοσθένην) τὴν μὲν Σελήνην σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ, τὸν δὲ Ἥλιον τετρακοσίας καὶ ὀκτάκις μύρια. ἡ Σελήνη γάρ, τὴν ἑβδόμην κατέχουσα ζώνην, προςγειοτέρα τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀστέρων· ὅθεν οὐδὲ πίλημα ἄκρατον αἰθέρος αὐτὴν εἶναί φασι, κρᾶμα

τόν pro περὶ τὸν Θεϊκόν, ut antea fuerat. (Ex Plutarcho De plac. philos. II. 28. p. 589. ed. Wyttenb. Laurentio reddendum: πεπονθέναι τόν pro περὶ τὸν Θεϊκόν. Stobaeus Eclog. I. p. 550. Heer. Cf. p. 524. Cr.) — φησί post Σελήνην om. — et inde a verbo σκαφοειδεῖς sic: σκαφ. γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγάς, φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι. Conf. Creuzer. Dionys. p. 255. Rr.

ὁ δὲ Ἀντιφῶν — τὴν Σελήνην] Ad λάμπειν τὴν σελήνην subaudiendum est βούλεται. Sch. Fuit hic Antiphon (de quo cf. Cicero De divinat. I. 51.) ὀνειροκρίτης, sive somniorum interpres, item τερατοσκόπος, sive haruspex. Scripsit Περὶ ἀληθείας, et ante Epicurum Providentiam divinam sustulit. De eo dicendi otium fecerunt Taylor in Lectt. Lysiacis cap. VII. p. 269. sqq. ed. Reisk. Ruhnken. Dissert. De Antiphonte in Opuscc. tom. I. p. 153. p. 175. sqq. ed. Bergmanni alter. Conf. insuper Fabric. B. Gr. vol. II. p. 752. ed. Harles. et Reiff. ad Artemidori Oneirocrit. p. 442. — Diversus est Antiphon Philosophus et Mathematicus, qui in loco de natura lunae inter philosophos Ἀντίφαντος dicitur in editionibus Stobaei I. 37. Eclogg. p. 558. Heeren. Quam nominis corruptelam quum suspicatus esset Heerenius, fidenter corrigere poterat ibidem et in Commentat.

quodammodo; Antiphonti autem, suo quidem fulgore nitere Lunam, eam autem illius partem, quae occultatur, appulsu Solis obscurari; quandoquidem ita natura comparatum est, ut ignis validior imbecilliorem obscuret, quod quidem aliis quoque in sideribus contingit. Thales autem et qui ejus sequuntur decreta, a Sole illustrari Lunam judicabant. Heraclitus vero eodem modo affici Lunam ac Solem dicit: scaphae enim figuram cum habeant, ex humido vapore eos collustrari, ut appareat; clariorem autem Solem esse, propterea quod in puro aëre appareat. Distare autem dicitur a Terra (ut Eratostheni videtur) Luna stadiorum septingentis octoginta millibus, Sol autem quater decies centenis octoginta millibus stadiorum. Luna enim, quae septimam tenet zonam (i. e. septimum circulum), propior a Terra est, quam reliqua sidera: quamobrem nec merum aetheris glo-

De Fontib. Eclogg. Stob. II. 2. p. 169., si meminisset Plutarchi De placit. philos. II. 28. p. 589. ed. Wytt. et Jo. Laur. Lydi, qui pro more Plutarchum atque adeo Pseudoplutarchum secutus, et ipse Ἀντιφῶν habet. Hunc philosophum memorat Ruhnken. in Dissert. laud. p. 181. sq. Cr.

ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμ.] Conf. de his Moser. ad Muson. Fragmm. in Creuzeri Daubiique libro qui inscribitur: Studien, vol. VI. p. 118. not. 47. Rr.

ἀφεστάναι δὲ λόγος κ. τ. λ.] Haec quoque desumta ex Plutarcho De plac. philos. II. 31. p. 592. Wytt. ubi sic lego: Ἐρατοσθένης, τὸν Ἥλιον ἀπέχειν τῆς Γῆς σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ. Hunc locum Beckius in sua Placitorum Plutarcheorum editione ex Galeno ita supplevit: Ἐρατοσθ. τ. ἥ. ἀ. τ. γ. [σταδίων μυριάδας τετρακοσίας καὶ στάδια ὀκτάκις μύρια· τὴν δὲ σελήνην τῆς γῆς ἀπέχειν] σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ. Hinc nostrum locum ita emendavi, ut μυρίας, quod fuerat post ὀκτάκις, mutarem in μύρια. Ceterum quam valde varient in his varii scriptores vid. in Beckii adnotatione ad Plutarchi locum p. 206. Rr. Pro μυριάδ. ἑβδομήκ. ὀκτώ Apogr. Marinum: μυριάδας ὀγδοήκοντα ὀκτώ. refragantibus membranis. Sch.

ἡ Σελήνη γὰρ κ. τ. λ.] Cf. Plutarch. De facie, quae in orbe Lunae apparet, passim. Ibi variae veterum de hac re sententiae copiose exponuntur. Rr.

κρᾶμα δὲ αἰθερώδ. κ. τ. λ.] Plutarch. libro laud. V. p. 731.

δὲ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας· τὸ γὰρ φαινόμενον αὐτῆς μέλαν (ὃ καλοῦσι πρόςωπόν τινες) οὐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ τὸν ἀναμεμιγμένον ἀέρα, ὃς φύσει μέλας ὢν ἄχρις αὐτῆς τείνεται. ἐκεῖνο δὲ μὴ παριδεῖν ἄξιον. ἡ νεομηνία κεφαλὴ μηνὸς πρὸς τῶν ἀρχαίων προςαγορεύεται. δέκα δὲ εἰςηγοῦνται Σελήνης σχήματα, ἀφ' ὧν ὁ τριακονθήμερος ἀναπληροῦται κύκλος· τάδε ἐστί· σύνοδος, ἀνατολή, μηνοειδής, διχότομος, ἀμφίκυρτος, πλήρης, αὖθις διχότομος, αὖθις ἀμφίκυρτος, αὖθις μηνοειδής, αὖθις . . . . ἕτεροι δὲ ενδεκα σχήματα εἶναι βούλονται· μετὰ γὰρ τὴν σύνοδον ἀριθμοῦσι καὶ τὴν γένναν, οταν μίαν μοῖραν ἀποστῇ ἡ Σελήνη τοῦ Ἡλίου.

c. VI. 9. *Τὰς τοίνυν Καλένδας, ὡς ἐλέγομεν, οἷα νουμηνίαν ἐτίμησαν Ῥωμαῖοι, μετὰ δὲ ταύτας καθεξῆς τὰς Νώνας, καὶ κατὰ τρίτην τάξιν τὰς Εἰδούς. τρίμορφος μὲν γὰρ ἡ τῆς Ἑκάτης (ἤτοι τῆς Σελήνης)*
p. 41. *δύναμις· ὃ γὰρ Ἀπόλλων ἐν Ἡλίῳ, τοῦτο Ἑκάτη ἐν Σελήνῃ.*

10. [*Ὅτι ὁ τριάκοντα ἀριθμὸς φυσικώτατός ἐστιν· ὃ γὰρ ἐν μονάσι τριάς, τοῦτο ἐν δεκάσι τριακοντάς· ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦ μηνὸς κύκλος συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων τῶν ἀπὸ μονάδος ἑξῆς τετραγώνων, ά, δ', θ', ιϛ'. ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ Ἡράκλειτος γενεὰν τὸν μῆνα καλεῖ.*]

ἀέρος μίγμα καὶ μαλακοῦ πυρός. Stoicorum haec sententia. Rr.

ὃ καλοῦσι πρόςωπόν τινες] Plut. l. l. I. p. 723. III. p. 727. Rr.

δέκα δὲ εἰςηγοῦνται Σελήν. σχήμ.] Codex: *δέκα δὲ ἐνσηγοῦνται σ.* Correxi ex apogr. Marino. In *αὖθις . . . . . . ἕτεροι* vacuum spatium; expleo: *αὖθις πλήρης· ε.* Sch. In Parisino quoque vacuum relictum spatium. — Macrob. In Somn. Scip. I. 6. p. 34. sq. ed. Bip. *Septem quoque permutationibus, quas phasis vocant Graeci, toto mense distinguitur: cum nascitur, cum fit dichotomos et cum fit ἀμφίκυρτος, cum plena et rursus amphicyrtos, ac denuo dichotomos, et cum ad nos luminis universitate privatur. amphicyrtos est autem, cum supra diametrum dichotomi*

bum eam esse dicunt, sed mixtam ex aetherea et aërea substantia: eam enim illius partem, quae nigra appareat, quam faciem nonnulli dicunt, nihil aliud esse, quam commixtum aërem, qui cum natura niger sit, usque ad eam pertinet. Illud autem dignum est, quod non praetermittatur. Interlunium caput (initium) mensis a veteribus appellatur. Decem autem memorantur Lunae apparitiones, quibus triginta dierum orbis impletur: sunt autem hae: coitus, ortus, lunata, dimidiata, amphicyrtos (gibbosa), plena, rursus dimidiata, rursus amphicyrtos, rursus lunata, rursus .... Alii autem undecim apparitiones esse volunt: post coitum enim nativitatem quoque numerant, quando una parte (i. e. uno gradu) distat Luna a Sole.

9. Kalendas igitur, uti diximus, tanquam interlunium honore afficiebant Romani, post has deinceps Nonas, et tertio loco Idus. Triplex enim Hecatae (id est, Lunae) vis: quod enim Apollo in Sole, idem Hecate in Luna.

10. Tricenarius numerus naturae optime convenit: quod enim in monadibus trias, idem in decadibus triacontas, cum etiam mensis orbis constet ex quatuor a monade deinceps quadratis, I, IV, VIII, XVI: unde non abs re Heraclitus generationem mensem dicit.

est, antequam orbis conclusione cingatur, vel de orbe jam minuens inter medietatem ac plenitudinem insuper mediam luminis curvat eminentiam.' Cf. supra II. 8. Achill. Tat. Isagog. c. 21. et Eratosthen. (Hipparch.) ad Arati Phaenom. cap. VII. (ubi tamen mutilus textus). Rr.

τὴν γένναν] Achill. Tat. loco modo citato: *γέννα δὲ* (nativitas) *σελήνης καὶ ἀνατολὴ διαφέρει· μετὰ γὰρ τρεῖς ἢ τέσσαρας τοῦ γεννηθῆναι ἡμέρας φαίνεται, καὶ οὐχ ἅμα τῷ γεννηθῆναι· ἀνατέλλει δὲ οὐχ ὅλον τὸ φῶς ἔχουσα περιφερές, ἀλλὰ μηνοειδής* (falcatum). Rr.

9. *τρίμορφος μὲν γὰρ κ. τ. λ.*] Conf. supra Exc. 4. Rr.

10. *Ὅτι ὁ τριάκοντα — μῆνα καλεῖ*] Paris. om. *Ὅτι* et verba *ἐπεὶ καί* usque ad finem. Rr. *ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ Ἡ.*

11. *Μετὰ δὲ τὰς Καλένδας εὑρίσκομεν πολλαχῶς τὸν χρόνον διαιρεῖσθαι εἰς αἰῶνα, εἰς χρόνον, εἰς καιρόν, εἰς ἐνιαυτόν. αἰὼν τοίνυν ἐστὶν ἄπειρός τις τῶν οὐρανίων σωμάτων περιπόλησις, ἢ αὐτοῦ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ παντελὴς ἀνακύκλησις, χρόνος δὲ ἡ ἐξ αἰῶνος ἀόριστος ἔκστασις. ταύτῃ καὶ Κρόνος παῖς Οὐρανοῦ λέγεται· ὁ γὰρ χρόνος ἐκ τῶν τοῦ οὐρανοῦ κινήσεων πρόεισιν. ὥςτε καιρός ἐστι χρόνου παράδειγμα, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ χρόνος.*

12. [*Ὅτι Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῆς κέ Δεκεμβρίου τὴν ἀρχὴν ἐποιοῦντο τοῦ ἔτους, ἤτοι τὴν τροπήν, Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ ὀκτὼ ἡμέρας, κατὰ τὴν πρώτην Ἰανουαρίου· οἱ μὲν Ἕλληνες τὴν τροπὴν αὐτὴν τηροῦντες, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ γνώμονος σκιάν, πότε συστέλλεσθαι ἄρξεται· μέχρι γὰρ τῶν ὀκτὼ ἀνεπαίσθητός ἐστιν ἡ τῆς σκιᾶς μείωσις.*]

13. [*Ὅτι διὰ τὴν γένεσιν διττὴ γέγονεν ἡ τῶν οὐρανίων κίνησις· εἰ γὰρ ἁπλῆ ἦν, οὐδὲν ἂν ἀπ᾽ αὐτῆς παρήχθη, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ*
p. 42. *Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς· „μιᾶς μὲν οὔσης τῆς φορᾶς, οὐκ ἐνδέχεται γίγνεσθαι τὰ ἄμφω (γένεσιν καὶ φθοράν), διὰ τὸ ἐναντία εἶναι· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν, ὥςτε ἤτοι γένεσίς ἐστι ἀεὶ ἢ φθορά. δεῖ δὲ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις*

Ita emendavi; codex: *ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκότου Η.* Sch.

11. *αἰὼν τοίνυν κ. τ. λ.*] Plato Tim. p. 38. Steph. p. 37. Bekker. Plura laudavi ad Procli Institut. theol. cap. 53. Cr. Add. Zonar. Lex. s. v. *αἰών*, p. 63. et 64. ibique Tittm. Rr.

χρόνος δέ — ἔκστασις] Inde Plato tempus (*χρόνον*) *αἰῶνος εἰκόνα κινητὴν ἢ διάστημα τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως* esse docet. Vid. Plut. De plac. philos. I. 21. 22. p. 556. Conf. Macrob. Saturn. I. 8. p. 235. Bip. Pro *ἔκστασις* Paris. haud inepte *ἔκτασις*. Rr.

ταύτῃ καὶ Κρόνος κ. τ. λ.] Joann. Lyd. in fragm. majori De mensib. p. 276. B. ed. Has. *Εἰσὶ δὲ οἵ φασι, τὸν Κρόνον, ῖ, κατὰ ἀντιστοιχείαν, τὸν Χρόνον, Οὐρανοῦ εἶναι παῖδα· καὶ γὰρ ἐκ τῆς οὐρανοῦ κινήσεως ὁ χρόνος.* Cf. supra I. 1. Rr.

12. Paris. hoc et quod sequitur Excerptum (13) om. — De

11. Post Kalendas autem reperimus multis modis tempus dividi in aevum (aeternitatem), in tempus, in tempestatem, in annum. Aevum igitur est infinita quaedam corporum (s. globorum) coelestium circuitus, sive ipsius universi coeli perfecta circulatio, tempus autem infinitus ex aevo progressus. Itaque etiam *Κρόνος* (id est, Saturnus) Urani (i. e. Coeli) filius vocatur; tempus enim (*χρόνος*) ex coeli motibus prodit: ut tempestas temporis species sit, neque ipsum tempus.

12. Graeci a die XXV Decembris initium anni faciebant, Solis videlicet conversionem (considerantes), Romani autem octo post diebus, primo Januarii die; Graeci, conversionem Solis ipsam sequentes, Romani autem gnomonis umbram, quando contrahi inciperet: ad diem enim usque octavum umbrae imminutio non sentitur.

13. Propter generationem duplex rerum coelestium motus factus est. Si enim simplex esset, nihil eo procreatum esset, ut etiam Aristoteles libro secundo De generatione et corruptione: „unus si sit motus, ambo (generatio et corruptio) esse non possunt, propterea quod contraria sunt: idem enim quod est, et eodem modo se habet, id semper idem facere natura cogitur: ut aut generatio semper sit, aut corruptio. Oportet autem plures esse motus eosque

Graecorum ratione anni ordinandi vid. Petav. De doctr. tempp. I. 12. p. 15. ed. Veron. Theodor. Gaz. De mensib. cap. 5. Rb.

13. *διττὴ γέγονεν ἡ τ. οὐ. κίνησις*] Plutarch. De plac. philos. I. 23. p. 558. Wyttenb. *Ἐπίκουρος δύο εἴδη τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ στάθμην καὶ τὸ κατὰ παρέγκλισιν.* Rb.

ὡς καὶ Ἀριστοτέλης κ. τ. λ.] Aristot. De gener. et corrupt. cap. X. p. 725. ed. Aurel. Allobr. Ibi verbis, quae Lydus descripta exhibet, haec praecedunt: *φανερόν, ὅτι.* — *τῆς φορᾶς* reposui ex Aristotele pro *φθορᾶς*, quod ex antecedente *φθορᾶς* ortum esse consentaneum est. — *γένεσιν καὶ φθοράν*, quae uncis inclusi, non sunt apud Aristote-

καὶ ἐναντίας, ἢ τῇ φορᾷ, ἢ τῇ ἀνωμαλίᾳ· τῶν γὰρ ἐναντίων αἰτία τὰ ἐναντία. διὸ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ συνεχὲς ἕν ἐστι, καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις."]

14. *Ὅτι δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ὡς θεὸν ἐτίμησαν, δῆλον ἐξ αὐτῆς τῆς Λυδῶν βασιλίδος πόλεως. Σάρδιν γὰρ αὐτὴν καὶ Ξύαριν ὁ Ξάνθος καλεῖ· τὸ δὲ Σάρδιν ὄνομα εἴ τις κατὰ ἀριθμὸν ἀπολογίσεται, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίας εὑρήσει συνάγων μονάδας· ὡς κἀντεῦθεν εἶναι δῆλον, πρὸς τιμὴν Ἡλίου, τοῦ τοσαύταις ἡμέραις τὸν ἐνιαυτὸν συνάγοντος, Σάρδιν ὀνομασθῆναι τὴν πόλιν. νέον δὲ Σάρδιν τὸ νέον ἔτος ἔτι καὶ νῦν λέγεσθαι τῷ πλήθει συνομολογεῖται· εἰσὶ δὲ οἵ φασι, τῇ Λυδῶν ἀρχαίᾳ φωνῇ τὸν ἐνιαυτὸν καλεῖσθαι σάρδιν.*

c. VII. 15. [*Ὅτι τρεῖς ἀρχὰς ἦγον Ῥωμαῖοι τοῦ ἐνιαυτοῦ· μίαν μὲν ἱερατικήν, κατὰ τὸν Ἰανουάριον, αὐξανού-*
p. 43. *σης ἤδη τῆς ἡμέρας, δευτέραν δὲ κατὰ τὴν τοῦ Μαρτίου πρώτην, ἣν πάτριον εἶχον, καθ' ἣν καὶ τὰ ὅπλα ἔθος αὐτοῖς κινεῖν· τὴν δε πολιτικήν, ἢ μᾶλλον κυκλικήν, κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Σεπτεμβρίου, ἣν ἡμεῖς μὲν ἐπινέμησιν, αὐτοὶ δὲ ἰνδικτιῶνα καλοῦσιν. τῆς γὰρ*

lem. — Pro *γένεσίς ἐστι* Arist. *γ. ἔσται.* — *ἢ τῇ φορᾷ* item ex Arist. reposui pro *ἢ τῇ φθορᾷ.* — pro *τὰ ἐναντία* Arist. habet *τἀναντία.* — inter *διὸ οὐχ* Arist. inserit Particul. *καί.* — *ἕν ἐστι* recepi ex Arist. pro *ἔνεστι,* ut ante fuerat. Rr.

12. *Περὶ τοῦ πεπέρεως ὁ Μάξιμός φησι· „Φυτόν ἐστι πρῶτον μὲν ἀνάκανθον, φυτουργούμενον δὲ ὡς ἄμπελος ἀναδενδρὰς ἢ ὑπὸ χάρακα, φέρον δὲ τὸν καρπὸν βοτρυώδη ὅμοιον τερεβίνθῳ, τὸ δὲ φύλλον κισσοειδές, ὑπόμακρον· φυτευόμενον δὲ τριετὲς ἄρχεται καρποφορεῖν, θνήσκει δὲ ὀκταετές· τρυγηθὲν δὲ*

quam lectionem recipere in textum non dubitavi. Rr.

ἐν γὰρ τῇ — ἐμπιπτούσ.] Praepositio *ἐν* vix hoc loco ferri posse videtur. Sed vide supra ad num. 3. *ἐν τῷ Καπιτωλίῳ*. Rr.

καὶ γὰρ ψυχρὸς ὁ Κρόνος] Cf. Epistolam Graeci scriptoris saeculi XI. in Hasii notis ad Leonis Diaconi lib. X. p. 255. et Nostr. supra II. 11. Cr.

χαλάζης ἐπιφοράν] Sic dedi pro Schowii *χαλάζῃ ἐπιφοράν*, postulante loci sententia. Rr.

11. Cf. supra III. 64. — *εἰς ὃν μετακινεῖται* dedi pro *εἰς ὃ*

bos ex ventris fluxu, et mediae aetatis mulieribus mortem et famem exsecrandam universe. In Jovis enim diem incidentibus Kalendarum feriis, omnia fausta exspectare licebat, nivosam autem et pluviam tempestatem, ut neque fluvii suis arcerentur alveis; sexto autem, qui Veneris esse putatur, magistratibus tumultum, fructibus autem incrementum, et reipublicae bella gravia interitumque hominum, et praecipue juventutis, exspectabant; septimo autem, hyemem omnino (frigidus enim Saturnus) fertilitatemque quam maximam, quandoquidem praeses frugum ille esse putatur, morbosque et pericula et ventos aestate, grandinisque impetum circa Cancrum, et rumorem rebus insperatum augurabantur.

11. Simile autem vi quadam ferrum esse magneti, facile est ad intelligendum: effossum enim ex eo ferrum nihilo minus ex alio lapide effossum ferrum, ad quod transmovetur, alio transfert, at vero cedit unguento ex caeparum succo confecto, ut Physicis videtur: rursus autem cruore hircino si ungitur magnes, attrahendi vim recipit.

12. De pipere Maximus dicit: „Arbor est primum non aculeata, quae colitur ut vitis, ad alias arbores alligata, vel sub palo, et fructum fert racemosum similiter ac terebinthus; folium est hederae simile, oblongum; si autem seritur, post triennium fructus ferre incipit, octavo autem anno moritur; decerptum

μεταx. ut Schowii ed. habet. Rb. — Pro *χυλῷ κρομμ. ἀλοιφῇ* scribendum videtur: *χυλοῦ κρομμύων α. Succi caeparum unguento.* Sch. Ex Schowii conjectura mutavi *χυλῷ* in *χυλοῦ*, cum ob similitudinem, quae inter literarum ductus intercedit, facile alterum pro altero legi potuerit. Paris. *χυλῷ κρομμύων, ἀλοῇ* [sic]. — *τραγείῳ* dedi pro *τραγίῳ*, quae forma non usitata est. Rb.

12. *Φυτόν ἐστι πρῶτον κ. τ. λ.*] De *Maximo*, hujus fragmenti auctore, nihil certi statuere possum. De re Plin. hist. nat. XII. 7. — — *Hae* (siliquae) *priusquam dehiscant decerptae*

οὐ φρυγόμενον μελαίνεται, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ διατίθεσθαι, ὅθεν συμβαίνει τὸ σκιόψυκτον λευκὸν διαμένειν."

13. *Τῇ πρὸ δέκα ὀκτὼ Καλενδῶν Φεβρουαρίων ἀνεμομαχίαν ὁ Βάῤῥων λέγει γίνεσθαι, Δημόκριτος*
p. 65. *δὲ τὸν Λίβα μετὰ ὄμβρου φησὶ γίνεσθαι. — οἱ φιλόσοφοί φασι Διοςκόρους εἶναι τὸ ὑπὸ Γῆν καὶ ὑπὲρ Γῆν ἡμισφαίριον· τελευτῶσι δὲ ἀμοιβαδὸν μυθικῶς, οἱονεί, ὑπὸ τοὺς ἀντίποδας ἐξ ἀμοιβῆς φερόμενοι. οἱ δὲ περὶ Ἐπιμενίδην ἄῤῥενα καὶ θήλειαν ἐμύθευσαν τοὺς Διοςκόρους, τὸν μὲν αἰῶνα, ὡςπερ, μονάδα, τὴν δὲ φύσιν, ὡς, δυάδα, καλέσαντες· ἐκ γὰρ μονάδος καὶ δυάδος ὁ πᾶς ζωογονικὸς καὶ ψυχογονικὸς ἐξεβλάστησεν ἀριθμός. — ἰστέον δὲ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν τοὺς Ἐρίφους δύεσθαι καὶ τροπὴν γίνεσθαι κατὰ Φίλιππον.*

14. *Πρὸ δεκαπέντε Καλενδῶν Φεβρουαρίων ὁ Δημόκριτος λέγει δύεσθαι τὸν Δελφῖνα, καὶ τροπὴν ὡς ἐπὶ πολὺ γίνεσθαι. πρὸ δεκατριῶν Καλενδῶν Φε-*

tostaeque sole, faciunt quod vocatur piper longum: paullatim vero dehiscentes maturitate ostendunt conditum piper: quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur. Rn.

ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ κ. τ. λ.] Apogr. Mar. *ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ διατίθεσθαι συμβαίνει* τ. omisso *ὅθεν*. Locum ita legerem: *ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ διατίθεσθαι, ὅθεν συμβαίνει τὸ σκιόψυκτον, λευκὸν διαμένει. At si solis calori, quem umbrae refrigerium alternat, exponatur, albescit.* Sch. Ex Plinii verbis apparet, Schowium falsum esse, neque quidquam mutandum. Ceterum Paris. quoque omittit *ὅθεν*. Rn.

13. *Καλ. Φεβρουαρ.*] Paris. *Καλ. Φευρουαρ.* et sic ubique pro *Φεβρ.* Rn.

ἀνεμομαχ. ὁ Βάῤῥων λέγ. γ.] *Βάῤῥων* reposui pro Schowii *Βάρων*. Vox *ἀνεμομαχία*, quam exulare a Lexicis dicit Hasius ad libr. De ostent. p. 317. B. in libro laudato p. 204. D. 206. D. 230. A. 236. C. et 254. B. recurrit. Appulejus De mundo 735. p. 339. ed. Leid. item *ventorum proelia* memorat. — Ceterum hoc fragmentum reliquis Varronis fragmentis inserendum. Rn.

Δημόκριτος δὲ τ. Λίβ. — γίνεσθαι] Paris. om. — Nost. De ostent. p. 204. ex Claudio Tusco: *Τῇ πρὸ ιη Καλενδῶν.*

autem piper non torrendo nigrum fit, sed ponendo in sole, unde fit, ut illud, quod in umbra siccatum est, maneat album."

13. A. d. XVIII Kalend. Februar. ventorum pugnam Varro ait fieri, Democritus autem Liba (s. Africum) cum pluvia ait exoriri. — Philosophi Dioscuros dicunt esse Terrae hemisphaerium inferius atque superius; moriuntur autem alternis ex fabula, velut, sub antipodas per vices feruntur. Epimenides autem marem et feminam esse Dioscuros per fabulam docuit, vocato hoc aevo, tanquam, monade; illa, natura, velut, dyade: ex monade enim ac dyade omnis animantium animarumque generationem efficiens numerus natus est. — Sciendum autem, hoc die Hoedos occidere et conversionem fieri auctore Philippo.

14. A. d. XV Kalendas Februarias Democritus ait occidere Delphina et conversionem ut plurimum fieri. A. XIII Kalendas Februarias Euctemon Can-

Ἀπαρκτίας καὶ βοῤῥᾶς σφοδρῶς. Cf. Ptolem. Inerrant. stell. signif. p. 54. Petav. Rb.

Διοςκόρους εἶναι κ. τ. λ.] Conf. supra III. 22. Rb.

οἱ δὲ περὶ Ἐπιμενίδ. — ἐμύθευσαν] De his Epimenideis vid. Creuzer. Dionys. p. 171. Conf. ejusdem Symbol. vol. III. p. 423. — Pro *ἐμύθευσαν* Cod. Paris. *ἐμυθεύσαντο.* Rb.

ἐκ γὰρ μονάδος κ. τ. λ.] Cf. supra II. 5. et Boeckh. ad Philolai Fragmm. p. 55. sq. Rb.

τοὺς Ἐρίφους δύεσθαι] Vid. Voss. ad Arat. v. 157. 165. 677. 717. — De Philippo astrologo vide Geminum Elem. astron. cap. VII. p. 23. Petavii et Hipparch. ad Phaenom. I. 5. p. 101. Petav. Rb.

14. *Πρὸ δεκαπέντε Καλ. — δύεσθαι τ. Δ.*] Jo. Lyd. De ostent. p. 206. ex Claud. Tusco: *Τῇ πρὸ ιέ Καλενδῶν — — ὁ δὲ δελφὶν μετὰ λέοντα δύεται.* Conf. Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. pag. 148. Conversionem (*τροπήν*) postero die (*τῇ πρὸ ιδ΄ Καλ.*) fieri ait. Conf. Voss. ad Arat. v. 315. seq. v. 597. 691. Rb.

πρὸ δεκατριῶν Καλ. κ. τ. λ.] Jo. Lydus De ostent. p. 206. ex Claud. Tusco: *Τῇ πρὸ ιγ΄ Καλ. — τὸ μέσον μὲν τοῦ καρκίνου δύεται· ὁ δὲ ὑδροχόος ἄρχεται ἀνίσχειν.* Conf. Ideler. l. l. p. 155. et p. 160. — De Euctemone et Callippo (*Κάλλιππος* enim, vel *Κάλιππος* scribendum, pro *Κάλλιπος*, ut est in Schowii

βρουαρίων ὁ μὲν Εὐκτήμων τὸν Καρκῖνον δύεσθαι, ὁ δὲ Κάλλιππος τὸν Ὑδροχόον ἀνίσχειν λέγει (ὃν Δευκαλίωνα Ἵππαρχος καλεῖ) βήσσαις καὶ χαράδραις τῶν ὀρῶν. πρὸ δεκαδύο Καλενδῶν Φεβρουαρίων Εὔδοξος τὸν Ὑδροχόον ἀνίσχειν λέγει. πρὸ δεκαμιᾶς Καλενδῶν Φεβρουαρίων τὸν Ἥλιον ἐν Ὑδροχόῳ γενέσθαι ὁ Καῖσαρ λέγει, ὁ δὲ Εὔδοξος ἀνίσχειν αὐτὸν καὶ βροχὰς σημαίνειν· τῇ δὲ πρὸ δέκα Καλενδῶν Φεβρουαρίων ὁ Δημόκριτος ἄνεμον Λίβα πνεῦσαι λέγει.

15. *Τὸν Δομετιανὸν δεσπότην ἐκάλουν (ἀλλ' οὐ βασιλέα) διὰ τὸ τυραννικὸν αὐτοῦ.*

c. VII. p. 66. 16. *Τὴν Ἥραν ἔνιοι τῶν φυσικῶν τὸ ὕδωρ εἶναι ἀξιοῦσι, τὸν δὲ Δία τὸ πῦρ· μίξει δὲ ὑγρότητος τίκτεσθαι τοὺς καρπούς. ἀλλὰ καὶ Σελήνην αὐτὴν θεολογοῦσιν, οἷα ἐπὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας τεταγμένην. καὶ τὸν Ἄρεα ἐξ αὐτῆς τεχθῆναι λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ, ταῖς συνθλίψεσι τῶν νεφελῶν τὸ ἀέριον καὶ δραστικὸν πῦρ· καὶ ταῶνα, τὸν ὄρνιθα, τοῖς ἱεροῖς τῆς Ἥρας οἱ φυσικοὶ διδόασιν, οἱονεί, τὸν ἀστερωπὸν ἀέρα, ἤτοι οὐρανόν.*

17. *Οἱ μὲν Ἀθηνᾶν τὴν ψυχὴν εἶπον, Τριτογένειαν δὲ αὐτήν, διὰ τὸ τρεῖς εἶναι τὰς ἐνεργείας τῆς ψυχῆς· οἱ δὲ Ἀθηνᾶν τὸν ἀέρα, Τριτογένειαν δὲ αὐτήν, διὰ τὸ τρισὶ μεταβολαῖς ἀλλοιοῦσθαι τὸν ἀέρα,*

editione) vide Geminum Elem. astron. loco ad no. 13. laudato. Hipparchi Bithyni exstant ad Arati et Eudoxi Phaenomena Enarrationum libri tres. Vid. Petav. Uranolog. p. 97. sqq. ed. Veron. Rn.

πρὸ δεκαδύο Καλ. κ. τ. λ.] Sibi ipse contradicit Lydus; hoc enim loco Eudoxum refert dicere, Aquarium oriri XII Kal. Febr., et mox hoc idem dicit de XI Kal. Febr. (*ὁ δὲ Εὔδοξος ἀνίσχειν*). — De ostent. p. 206. ex Claud. Tusco: *Τῇ πρὸ ιβ'. Καλενδῶν. ὁ ὑδροχόος παντελὴς ἀνίσχει· πνεῖ δὲ λὶψ καὶ ὕει.* Rn.

πρὸ δεκαμιᾶς — τὸν Ἥλ. ἐν Ὑδροχ. κ. τ. λ.] Secundum Jul. Caesaris Kalendar. a Petr. Gassend. exhibitum, in Graev. Thesaur. vol. VIII. die XVI Kal. Febr. Sol in Aquario est; Ovidio XV Kal. Febr., quem vide in Fast. I. 651. sqq. Rn.

ὁ δὲ Εὔδοξος] in Phaenome-

crum occidere, Callippus autem Aquarium oriri ait (quem Deucalionem Hipparchus dicit) convallibus et faucibus montium. A. XII Kal. Febr. Eudoxus Aquarium oriri ait. A. XI Kal. Febr. Solem in Aquario esse Caesar ait, Eudoxus autem oriri eum et pluvias significare: a. X autem Kal. Febr. Democritus Africum ventum flare dicit.

15. Domitianum dominum vocabant (neque vero regem) propter ipsius ingenium tyrannicum.

16. Junonem nonnulli Physicorum aquam esse censent, Jovem ignem: mixtione autem humoris nasci fructus. Verum etiam Lunam illam esse juxta theologiam ajunt, utpote supra humidam substantiam constitutam. Et Martem ex ea natum dicunt, pro, compressionibus nubium ignem aërium atque efficacem: et pavonem avem sacris Junonis Physici attribuunt, velut, stellis distinctum aërem, id est, coelum.

17. Alii Minervam animam dixere, *Τριτογένειαν* (Tritogeniam s. Tritoniam) autem ipsam propterea, quod tres sunt animi facultates; alii Minervam aërem, *Τριτογένειαν* autem ipsam, quod tribus mutationibus

nis videlicet, ad quod ejus opus Aratus suum de eodem argumento carmen exegit. Cf. Hipparch. ad Phaenom. I. 2. p. 98. Petav. Rr.

15. De *Domitiano* cf. Nostr. De magistr. II. 19. p. 128. Rr.

16. *τὴν Ἥραν — τὸ ὕδωρ εἶναι*] Vide de hoc placito Creuzer. Symbol. vol. II. p. 556., ubi hic ipse locus memoratur. Rr.

τὸν δὲ Δία τὸ πῦρ] Quare Jupiter idem atque Sol esse traditur. Conf. supra III. 7. sub med. (p. 96.). Rr.

Σελήνην αὐτὴν θεολογ.] Vide supra l. l. (pag. 98.) Rr.

καὶ ταῶνα τὸν ὄρνιθα κ. τ. λ.] Conf. Creuzer. Symbol. vol. II. p. 564. Rr.

17. *Οἱ μὲν Ἀθηνᾶν κ. τ. λ.*] Eadem fere leguntur supra III. 24. 30. Conf. infra num. 39 et Allegor. nominum deor. in Creuzeri Meletematt. I. pag. 44. De cognomine Junonis *Τριτογένεια* vide Heynium ad Virg. Aen. II. 171. Rr.

διὰ τὸ τρεῖς — δὲ αὐτὴν] Paris. om. Rr.

εἰς ἔαρ δῆλον, θέρος τε καὶ χειμῶνα· γλαυκῶπιν δέ, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ὄψιν ἔγγλαυκον εἶναι. Περσέα δὲ τὸν Ἥλιον καὶ Γοργόνα τὴν ἡμέραν, ἐκ τοῦ τάχους, οἷον εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦ ἀέρος ὁ Ἥλιος ἀποτρέχων ἀποτέμνει τὰς ἡμέρας, ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς (οἱονεί, τῆς προνοίας) τὴν ἅρπην (ἀντὶ τῆς ὀξύτητος) λαβών· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὡρολογίοις ἔθος ἐγγλύφεσθαι Γοργόνα, ἀντὶ τοῦ, τὴν ἡμέραν. — Ὑγεία ἐστὶν ἡ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων κατὰ τὸν σωστικὸν λόγον ἐπικρατοῦσα δύναμις.

p. 67. 18. Οὔλπιος ἐκαλεῖτο ὁ Τραϊανός, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν, Κρινίτον δὲ αὐτὸν (οἱονεί, εὐπλόκαμον) τοῖς Ῥωμαίοις ἐδόκει καλεῖν, διὰ τὴν περὶ τὰς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τρίχας σπουδήν. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἦν βραχύς, τὰ δ' ἄλλα ἀγαθὸς τὸν τρόπον ἐν συνασκήσει ὅπλων τε καὶ γυμνασίᾳ σώματος, οὐκ εὐγενοῦς τυγχάνων φαμηλίας· τριβοῦνος γὰρ ἦν πρότερον, ἤγουν φύλαρχος. συναισθανόμενος δέ, ὡς ἐραστής ἐστιν ὁ Νερβᾶς ὁ καλούμενος τοῦ ὄντος αὐτῷ προαστείου (καὶ γὰρ ὅμοροι μᾶλλον περὶ τὴν κτῆσιν ἀλλήλων ἐτύγχανον), συγγράψας αὐτίκα δωρεᾶς γραμματεῖον ἐπὶ τῷ προαστείῳ τῷ Νερβᾷ προσεκόμισεν· ὁ δὲ ἀγασθεὶς τὸν Τραϊανὸν εἰς υἱοθεσίαν ἔλαβεν. ἔνθα γίνεται αὐτῷ πάροδος ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἐπεὶ θᾶττον ὁ Νερβᾶς ἐτελεύτα. αἰσθόμενος δέ, ὅτι διεβάλλετο ἐπὶ οἰνοφλυγίᾳ, παντελοῦς οἰνοποσίας ἀπείχετο. τὸ Ἀδραμύττειον, πόλιν Ἀσίας, ὁ Τραϊανὸς ἔκτισεν, ἀπὸ Ἀδραμύττου, τοῦ ἀδελφοῦ Κροίσου· ὄνομα δὲ αὐτῇ τὸ πάλαι Ὑποπλάκιοι Θῆβαι.

Περσέα δὲ κ. τ. λ.] Conf. Tzetz. ad Lycophron. I. p. 296. ed. Müller., ad vers. 17. et Symbol. vol. II. p. 708. Cr.

ἐγγλύφ. Γοργόνα] Paris. ἐγγλ. γοργόνων [sic]. Rr.

18. *Κρινίτον δὲ αὐτ. κ. τ. λ.*] Eutrop. VIII. 2. *Ulpius Crinitus Trajanus.* Rr.

ἤγουν φύλαρχος] Φύλαρχος Athenis idem fere erat atque Romae *Tribunus.* Vide Creuzer. Abriss der Röm. Antiqq. §. 150. p. 150. Rr.

variatur aër, in ver videlicet, atque aestatem hyememque; *γλαυκῶπιν* (i. e. caesiis oculis praeditam) propterea, quod aëris facies caerulea est. Perseum autem Solem, et Gorgonem diem, ex velocitate, ut dicat aliquis, quoniam per aërem decurrens Sol abscindit dies, postquam a Minerva (velut, providentia) falcem (pro velocitate) accepit: quam ob causam in horologiis Gorgo insculpi solet, pro, dies. — Sanitas est contrariarum qualitatum secundum rationem servatricem praevalens vis.

18. Ulpius nominabatur Trajanus ex patris nomine; Crinitum autem eum (tanquam, pulchram comam habentem) Romanis videbatur nominare propter curam circa capitis ipsius crines. Et corpore fuit brevi, ceterum autem bonis moribus in armorum usu atque exercitatione, cum non nobili ortus esset familia: tribunus enim ante fuerat, id est, *φύλαρχος*. Sentiens autem Nervam, qui nominabatur, suburbani, quod ipsi erat, esse amantem (etenim proximi inter se circa possessionem erant), scriptum statim donationis libellum pro suburbano ad Nervam attulit: qui admiratus Trajanum filium adoptavit. Inde fit ei aditus ad regnum, postquam brevi Nerva defunctus est vita. Cum autem se argui sensisset vinolentiae, omni vini potione abstinuit. Adramytteum, urbem Asiae, Trajanus condidit, ab Adramytto, Croesi fratre (nuncupatum): nomen autem illi antiquitus Hypoplacii Thebae.

ὁ Νερβᾶς ὁ καλούμενος] Paris. *νέρουας τὸ κεφύλαιον* [sic]. Rr.

ὅμοροι μᾶλλον] Adv. compar. *μᾶλλον*, quod recurrit infra no. 34., Fussius in Epist. ad Has. p. 25. vim Positivi habere monet, ut quandoque *θᾶττον*. Rr.

Ἀδραμύττειον — Ἀδραμύττου] Sic scribendum pro *Ἀτραμύττειον* et *Ἀτραμύτου*, ut habet editio Schowii. Has. Pro *Ἀτραμύτου* Paris. *ἀτραμύττου*. — Etymol. m. in *Θῆβαι*: *Θ. τὸ νῦν Ἀδραμύττειον καλούμενον*. Rr. De duplice scriptione monet Stephanus Byzant. p. 35. Berkelii, Eustath. in Iliad. *Z*. p. 649.

19. Ὅτι [sic] μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει κύριος· πλήρης εἰμί, ὁλοκαυτώματα κριῶν καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι· τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προςθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην [κλητὴν] οὐκ ἀνέχο-
p. 68. μαι· νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν.

ΦΕΒΡΟΥΑΡΙΟΣ.

Cap. I. 20. Τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ἀπὸ Φεβρούας, θεᾶς οὕτω προςαγορευομένης, τὸ ὄνομα γέγονεν· Φεβρούαν δὲ ἔφορον καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον. Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ Περὶ μηνῶν Φεβροῦον τὸν καταχθόνιον εἶναι τῇ Θούσκων φωνῇ λέγει, καὶ θεραπεύεσθαι πρὸς τῶν Λουπερκῶν ὑπὲρ ἐπιδόσεως

ejusque *διττογραφίας* vestigia etiam in codicibus Herodoti VII. 42. Vid. Schweighaeus. in Varr. Lectt. Idem Stephanus l. l. memorat et simplex τ in hoc nomine obvium et geminatum, nec minus alias scribendi differentias. In numis accuratiores catalogi constanter *ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ* cum δ et cum simplici τ in clausula exhibent. Vid. Eckhel De n. v. II. p. 448. sq. Rasche Supplem. Lex. univers. rei num. I. p. 162. et Mionnet. Déscription de Médailles antiqq. tom. II. p. 513. sqq. Cr.

19. Desumta haec ex Jesai. I. 11. sqq. Pro *Ὅτι μοι*, quae hoc loco ferri nequeunt, interpretes LXX exhibent *Τί μοι;* pro *πλήρης εἰμί, ὁλοκαυτώματα*, quam lectionem etiam Vulgata expressit, LXX et Cod. Paris. *πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων;* pro *ἔρχησθε ὀφθῆν.* Paris. *ἔρχησθαι ὀφθ.*, quod aberrantibus oculis ex *ὀφθῆναι* ortum esse videtur. Post *σάββατα* Cod. Paris. addit: *μισεῖ ἡ ψυχή μου.* Vocem *κλητήν* post *μεγάλην* om. LXX, unde tanquam glossema uncinis inclusi. — Conversionem Latinam ex Vulgata confeci, ita quidem, ut omitterem, quae Jo. Lydus omisisset, atque omnia ad ejus verba accommodarem. Malui enim sequi Vulgatam, quam frustra studere melius Latine reddere ea, quae tantopere ab elegantiori Latinitate abhorrent. Rr.

19. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus: plenus sum; holocausta arietum et adipem agnorum et sanguinem vitulorum et hircorum nolui, nec cum veneritis ante conspectum meum: quis enim quaesivit haec de manibus vestris? ambulare in atriis meis ne addatis (s. pergatis). Si offeratis similam, sacrificium frustra incensum, abominatio est mihi. Neomenias vestras et sabbata et diem magnum [qui dictus est] non fero: jejunium vestrum et cessationem ab operibus et neomenias vestras odit anima mea. Facti mihi estis molesti.

FEBRUARIUS.

20. Februario mensi a Februa, dea, quae ita vocatur, nomen factum est: Februam autem praesidem rerum purgandi vim habentem Romani acceperant. Anysius autem in libro De mensibus Februum *inferum* esse Thuscorum lingua ait, et coli a Lupercis pro

20. *Τῷ Φεβρουαρίῳ μ. ἀπὸ Φεβρ. κ. τ. λ.*] Cod. Paris. pro *Φεβρούας* exhibet *Φευρούας*. — Alias hujus nominis derivationes vide apud Ovid. Fast. II. 19. sqq., qui neque Februam deam agnoscit, neque Plutonem Februum appellat. De hujus mensis sacris ac feriis vid. Sibr. Siccama, Fast. Kalend. Rom. cap. 8. (in Graev. Thes. tom. VIII.); de nomine Petr. Morestell. Philomus. II. 3. (ibid.) Rr.

Ἀνύσιος — τ. καταχθόνιον κ. τ. λ.] *Anysium* a nullo alio vetere scriptore memorari video. — Post *καταχθόν.* intelligendum *Δία*. Plutonem enim dicit, qui et Mantus Etrusca lingua vocabatur. Cf. Serv. ad Virg. Aen. X. 198. et Creuzer. Symbol. vol. II. p. 917. Creuzerus l. l. alios scriptores referre docet, *Februi* nomen Sabinum esse, laudatis Isidori Originn. V. 23. Cum Anysio consentit Varro De ling. Lat. V. p. 51. Scalig., qui *Posterior (mensis)*, inquit, *ab diis infereis Februarius appellatus, quod tum heis parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die februato, quod tum februatur populus, id est, luperceis nudeis lustratur antiquum oppidum Palatium, gregibus cinctum.* Cf. Ovid. Fast. II. 31. 267. Plutarch. Num. cap. 19. Romul. cap. 20. Macrob. Saturn. I. 13. p. 263. ed. Bipont. Rr.

τῶν καρπῶν. ὁ δὲ Λαβεὼν ἀπὸ τοῦ πένθους λέγει κληθῆναι τὸν Φεβρουάριον· φέβερ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ πένθος προσαγορεύεται, κατ' αὐτὸν δὲ τοὺς κατοιχομένους ἐτίμων· ἀλλὰ μὴν καὶ φεβρουᾶρε τὸ καθάραι τὰ ποντιφικάλια βιβλία καλεῖ, Φέβρον τὸν Πλούτωνα. Τὸν Φεβρουάριον μῆνα Ἥρᾳ ἀνατεθῆναι ἀξιοῦσι, διὰ τὸ τὴν Ἥραν παρὰ τοῖς φυσικοῖς δοκεῖν εἶναι τὸν ὕπτιον ἀέρα· ὁ δὲ καθαρμὸς ἄντικρυς τῷ ἀέρι ἁρμόδιος. οὐ μόνον δὲ Φεβρουάριος, ἀλλὰ καὶ Φεβρουάτος λέγεται, διά — τὴν τούτου ἔφορον, καὶ Φεβρουάταν καὶ Φεβρουάλεμ, τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρεσθαι.

C. II. p. 60. 21. *Οἱ τὴν φυσικὴν ἱστορίαν συγγράφοντές φασι, σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης ἡμέρας ἀλλοιοῦσθαι εἰς αἷμα, καὶ πρώτην διαζωγραφεῖν τὴν καρδίαν, ἥτις πρώτη μὲν διαπλάττεσθαι, τελευταία δὲ ἀποθνήσκειν λέγεται (εἰ γὰρ ἀρχὴ ἀριθμῶν ὁ τρεῖς, περιττὸς δέ ἐστιν ἀριθμὸς ἄρα, καὶ ἀρχὴ γενέσεως ἐξ αὐτοῦ)· ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς εἰς ὄψιν τελείαν καὶ διατύπωσιν ἀποτελεῖσθαι, καί, ἁπλῶς εἰπεῖν, τέλειον ἄνθρωπον. καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου*

ὁ δὲ Λαβεὼν κ. τ. λ.] Cic. De leg. II. 21. Plutarch. Quaest. Romm. p. 114. Wyttenb. Serv. ad Virg. Georg. I. 43. Cr.

φέβερ γὰρ παρὰ Ῥωμ.] Apogr. Mar. *φέβερ γὰρ παρὰ Ῥ.* Sch. Ex Apogr. Mariniano et Cod. Paris. *φέβρ*, quod ante fuerat, correxi. Rr. Ego quoque *φέβερ* lego, quanquam Cedrenus, qui Lydum exscripsit, p. 168. C. *φέβρους* habet. Has.

κατ' αὐτὸν δέ — ἐτίμ.] Ovid. Fast. II. 33. sq. et 533. Rr.

ἀλλὰ μὴν καὶ φεβρουᾶρε] Sic dedi pro *ἀ. μ. κ. φεβρουᾶραι*, quod aberrantibus oculis ex sequente *καθάραι* ortum esse videtur, secutus equidem Plutarchum, qui in vita Romuli cap. 15. §. 4. habet *φερᾶρε*, et cap. 25. *λιγᾶρε* et *ἀλλιγᾶρε*. De hoc verbo plura vide in Creuzeri Symbol. vol. II. p. 919. not. 116. Rr.

Φέβρον τὸν Πλούτωνα] Ni fallor, *Φέβρουον* scribendum Lydo erat, neque *Φέβρον*, id quod in translatione expressi. Plutonem item Februum deum esse docet Servius ad Virg. Georg. I. 43. Rr.

Ἥρᾳ ἀνατεθῆναι ἀξ.] Junoni veteri Lanuvinae puta, de qua vide Ovid. Fast. II. 55. Cf. 425. et 450. Creuzer. Symbol. vol. II. p. 560. not. 178. Rr.

διὰ τὸ τὴν Ἥρ. — τ. ὕπτ.

fructuum incremento. Labeo autem a luctu ait nominatum *Februarium: *feber* enim apud Romanos luctus dicitur, illo autem (mense) mortuos (i. e. Manes) colebant: verum etiam *februare*, purgare libri pontificales vocant; *Februum*, Plutonem. Februarium mensem Junoni consecratum putant, propterea quod Juno Physicis videtur esse aër supinus (i. e. inferior): purgatio autem plane aëri convenit. Non solum autem Februarius, verum etiam Februatus dicitur, propterea quod hujus mensis praeses, et Februata, et Februalis, sacris celebratur.

21. Naturalis historiae scriptores ajunt, semen, quod in matricem (s. uterum) injicitur, tertio die mutari in sanguinem, et primum pingere (s. effingere) cor, quod primum quidem formari, postremum autem emori dicitur (si enim principium numerorum ternarius numerus est, impar autem est videlicet numerus et principium generationis, quae ex ipso fit); quadragesimo autem in speciem perfectam ac formam perfici, et, ut paucis dicam, perfectum hominem. Et

ἀέρα] Allegorr. nomm. deor. in Creuzeri Meletemm. I. p. 46. *στοιχειακῶς δὲ ἥρα νοεῖται ὁ λεπτομερὴς ἀήρ. ἀθηνᾶ ὁ πρόςγειος καὶ παχύτερος ἀήρ, ὁ ἀπὸ σελήνης μέχρι γῆς διϊκνούμενος.* Rr.

διά — τὴν τούτου ἔφορον κ. τ. λ.] Post *διά* Articulus *τό* excidisse videtur, quod interposita lineola significavi. — Fest. VI. p. 145. Dacer. — — *vel a Junone Februata, quam alii februalem, Romani februlim vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant* cett. — Pro *Φεβρουάλεμ* Paris. exhibet *βεβουάλεμ* [sic]. Rr.

21. *σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβ. κ. τ. λ.*] Conf. cum his A. Gellii de eodem argumento disputationem, Noct. Att. III. 16. et Nostr. supra III. 6. Adde quae adnotavit Creuzer. ad Olympiodor. p. 158. Rr.

τ. καρδίαν, ἥτις πρώτ. κ. τ. λ.] Plutarch. De placit. philos. V. 17. p. 663. Wyttenb. *τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί; — οἱ ἰατροί, τὴν καρδίαν, ἐν ᾗ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι.* Rr.

εἰ γὰρ ἀρχὴ ἀρ. ὁ τρεῖς] Conf. supra II. 7. *καὶ τῶν περιττῶν ἀριθμ. ἡ τριάς.* Rr.

ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς κ. τ. λ.] Plutarch. De plac. philos. V. 21. p. 669. Wytt. *Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἄρχεσθαι τῆς διαρθρώσεως ἀπὸ*

μηνὸς ἐγκινεῖσθαι νηχόμενον τῇ μήτρᾳ, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐννάτου μηνὸς παντελῶς ἀπαρτίζειν, καὶ πρὸς ἔξοδον σπεύδειν. καὶ εἰ μέν ἐστι θῆλυ, κατὰ τὸν ἔννατον, εἰ δὲ κρεῖττον, κατὰ τὸν δέκατον ἀρχόμενον, διὰ τὸ τὸν μὲν ἔννατον ἀριθμόν, θῆλυν ὄντα καὶ Σελήνης οἰκεῖον, πρὸς τὴν ὕλην ἀναφέρεσθαι, τὸν δὲ δέκατον παντέλειον εἶναι καὶ ἄῤῥενα. θῆλυ δὲ καὶ ἄῤῥεν γίνεται κατὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἐπικράτειαν· πλεονάζοντος μὲν τοῦ κατὰ τὸ σπέρμα θερμοῦ, ἅτε τῆς πήξεως ταχείας γινομένης, ἀῤῥενοῦταί τε, καὶ καταγωνιζομένου, θηλύνεται. βράδιον δὲ πηγνύμενον βράδιον καὶ μορφοῦται. ὅτι δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, τὰ μὲν ἄῤῥενα καὶ τῶν τεσσαρακονθημέρων ἐντὸς ἐκτιτρωσκομένως [sic] μεμορφωμένα προπίπτει, τὰ δὲ θήλεα
p. 70 καὶ μετὰ τὰς τεσσαράκοντα σαρκώδη τε καὶ ἀδιατύπωτα. μετὰ δὲ τὴν κύησιν ἐπὶ τῆς τρίτης τεχθὲν ἀποσπαργανοῦσθαι τὸ βρέφος φασίν, ἐπὶ δὲ τῆς ἐννάτης ἰσχυροποιεῖσθαι, καὶ ἀφὴν ὑπομένειν· ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς προςλαμβάνειν τὸ γελαστικὸν καὶ ἄρχεσθαι ἐπιγινώσκον τὴν μητέρα. ἐπὶ δὲ τῆς ἀναστοιχειώσεως τοὺς ἴσους ἀριθμοὺς αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς παραφυλάττειν τὴν φύσιν, καί, δι' ὧν συνέστη,

ἕκτης καὶ τριακοστῆς, τελειοῦσθαι δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ πεντηκοστῆς μιᾶς δεούσης. — — Ἀσκληπιάδης ἐπὶ μὲν τῶν ἀῤῥένων — τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ ἕκτης καὶ εἰκοστῆς — πληροῦσθαι δὲ ἐν τοῖς τῆς πεντηκοστῆς μορίοις· ἐπὶ δὲ τῶν θηλυκῶν ἐν διμήνῳ διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι. Conf. Aristot. De hist. anim. VII. 3. et Empedocles Sturzii p. 438. sqq. ubi plura. Rb.

ἐπὶ δὲ τοῦ ἐννάτου μηνὸς κ. τ. λ.] Plutarch. l. l. cap. 18. p. 664. Wyttenb. Τίμαιος δὲ οὐ δέκα μῆνάς φησιν, ἐννέα δὲ νομίζεσθαι παρὰ τὰς ἐπισχέσεις τῶν μηνιαίων τῆς πρώτης συλλήψεως. Rb.

θῆλυ δὲ καὶ ἄῤῥεν γίν. κ. τ. λ.] ἄῤῥεν dedi pro vitioso ἄῤῥην, quod est in Schowii edit., et καταγωνιζόμενον, ut Schow. habet, mutavi in καταγωνιζομένου; redit enim ad Genitivum θερμοῦ. — Hoc Empedoclis placitum item legitur apud Plutarch. l. l. cap. 7. p. 654. Wyttenb. Ἐμπεδοκλῆς, ἄῤῥενα καὶ θήλεα γίνεσθαι παρὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα. Empedocles Sturzii p. 399. sqq. Rb.

tertio mense moveri natantem in utero, nono autem mense omnino absolvi atque ad exitum properare. Atque si feminei sexus (partus) est, nono; si autem praestantior, ineunte decimo, propterea quod nonarius numerus, qui femineus est, et Lunae proprius, ad materiam refertur, decimus autem perfectus est ac masculus. Feminei autem et masculini generis fit, prout caloris major minorve vis est: praevalente quidem eo calore, qui in semine est, quippe cum coagulatio acceleretur, masculus redditur. qui ubi supprimitur, femineus fit. Tardius autem quod coagulatur, tardius etiam formatur. Verum autem a nobis dici (hoc indicio est), quod masculi partus etiam intra quadraginta dies, si per abortum expelluntur, formati excidunt, feminei autem etiam post quadraginta dies carnei et informes. Post graviditatem autem tertio die prognatum infantem fasciis exsolvi dicunt, nono autem confirmari et tactum sustinere, quadragesimo autem assumere facultatem ridendi et incipere matrem agnoscere. In dissolutione autem eosdem rursus numeros retroversus sequi naturam, et,

ὅτι δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος κ. τ. λ.] Fussius in Epist. ad Has. p. 23., ubi locum similem in libro De magistr. I. 50. tractat, illum sic struit: *ὅτι δὲ ἀληθές* (ita legendum censet pro *ἀληθής*), *ὁ λόγος ἐστὶ καὶ τοῦ τοιούτου τινὸς ἅμα συμβαίνοντος*, et nostrum locum conferri jubet. Equidem *ἀληθής* intactum reliquerim; elliptice enim loquitur, et post *λόγος* subintelligendum: *ejus rei argumento est*, vel simile quidpiam. Rr. Pro *τεσσαρακονθημέρων* legerim disjunctim *τεσσαράκοντα ἡμερῶν*. Has. Adverbium *ἐκτιτρωσκομένως* Lexica quidem non agnoscunt; neque tamen ideo ejecerim. Quod si ferri nequeat, mutaverim in *ἐκτιτρωσκόμενα*. In *προπίπτει* de abortibus cogitandum. Conf. Aristotel. De hist. anim. VII. 3. — *θήλεα* ante *καὶ μετά* reposui pro Schowii *θήλεια*. Rr.

ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς κ. τ. λ.] Aristot. l. l. cap. 10. *τὰ δὲ παιδία ὅταν γένωνται πρὸ τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μέν, οὔτε γελᾷ, οὔτε δακρύει.* Rr. Pro *κ. ἄρχ. ἐπιγινώσκον* Apogr. Mar. *καὶ ἄρχεσθαι ἐπιγινώσκειν τ.* Sch. Consent. Paris. Rr.

δι' αὐτῶν αὖθις ἀναλύεσθαι. τελευτήσαντος γοῦν ἀνθρώπου, ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης ἀλλοιοῦται παντελῶς, καὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ὄψεως διαπόλλυσι τὸ σῶμα· ἐπὶ δὲ τῆς ἐννάτης διαῤῥεῖ σύμπαν, ἔτι σωζομένης αὐτῷ τῆς καρδίας· ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς καὶ αὕτη συναπόλλυται τῷ παντί. διὰ τοῦτο τρίτην, ἐννάτην καὶ τεσσαρακοστὴν ἐπὶ τῶν τεθνηκότων φυλάττουσιν οἱ ἐναγίζοντες αὐτοῖς, τῆς τέ ποτε συστάσεως, τῆς τε μετ' ἐκείνην ἐπιδόσεως, καὶ τὸ δὴ πέρας ἀναλύσεως ἐπιμιμνησκόμενοι.

22. *Ὁ Κάμιλλος ὥρισεν ἀποκείρειν τοὺς πώγωνας ἐπ' ἄκρου, ὡς μὴ δράττεσθαι αὐτῶν τοὺς ἐναντίους διὰ τὴν συμβᾶσαν πρότερον μάχην, ἐν ᾗ εἷλκον ἀλλήλους ἔκ τε τῶν λοφίων τῶν περικεφαλαίων καὶ ἐξ αὐτῶν μέντοι τῶν τοῦ πώγωνος τριχῶν.*

23. — — *Ἐν τῇ πρὸς τὸν δῆμον ὡρατίωνι, οἱονεί, προςφωνήσει.*

c. III. p. 71. 24. *Εἰδοῖς Φεβρουαρίαις. ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀπὸ ὥρας ἕκτης διὰ τὰς τῶν κατοιχομένων χοὰς τὰ ἱερὰ κατησφαλίζοντο, καὶ οἱ ἄρχοντες ἐν σχήματι ἰδιωτῶν προήεσαν ἄχρι τῆς πρὸ ὀκτὼ Καλενδῶν Μαρτίων. αἱ δὲ σώφρονες γυναῖκες (ματρώνας δὲ αὐτὰς οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οἱ δὲ Ἕλληνες οἰκοδεσποίνας) τοσοῦτον τῆς αἰδοῦς ἐφρόντιζον, ὡς μηδὲ*

τελευτήσαντος γοῦν ἀνθρώπου κ. τ. λ.] Cf. Cic. De legib. II. 21. Plut. Quaest. Romm. p. 114. ed. Wytt. Serv. ad Virg. Georg. I. 43. jam supra (p. 172.) laudd. Cr.

ἐπὶ δὲ τῆς ἐννάτης κ. τ. λ.] Inde nono die apud veteres mortui sepeliri consuevisse videntur. Vid. Creuzer. Abriss der Röm. Antiqq. §. 293. p. 365. Rr.

διὰ τοῦτο τρίτην κ. τ. λ.] De his parentationibus vid. Creuzer. Dionys. p. 292. — *ἐπιμιμνησκόμενοι* dedi pro Schowii *ἐπιμιμνησκόμενα*: ad *ἐναγίζοντες* enim referendum hoc verbum. Conf. supra I. 1. Paris. *ἐπιμνησκόμενος* [sic]. Rr.

22. Alexandrum Macedonem barbam militibus radi jussisse, ne hosti praedae ansam praeberent, auctor est Plutarchus in Vita Thesei p. 3. cap. 5. fin. ejusque demum regis aetate hunc morem invaluisse confirmat Athenaeus XIII. p. 565. a. p. 39.

quibus constet, iisdem rursus dissolvi. Tertio igitur postquam mortuus homo est die corpus omnino commutatur, et facies ejus agnosci amplius non potest; nono diffluit universum, cum ei adhuc servetur cor; quadragesimo autem hoc quoque una cum universo conficitur. Propterea tertium, nonum et quadragesimum in mortuis sequuntur diem qui iis parentant, et pristini ortus, et eum secuti incrementi, et vero postremo dissolutionis memores.

22. Camillus instituit, ut raderentur barbae summae, ne arriperent eas hostes propter pugnam antea factam, in qua trahebant inter se ex cristis galearum et vero etiam ex ipsis barbae pilis.

23. — — In oratione ad populum, tanquam, *προςφωνήσει.*

24. Idibus Februariis. Ab hoc inde die, ab hora sexta propter mortuorum libationes sacra instituebantur, et magistratus in plebejorum habitu prodibant usque ad a. d. VIII Kalendas Martias. Feminae autem honestae (matronas eas Romani vocant, Graeci *οἰκοδεσποίνας*) usque adeo curae habebant pudici-

Schweigh. Jam cum tonsores in Italiam primum ex Sicilia venisse a. u. c. 454. (hoc est, centum fere annis post Camillum) et Varro prodat De re rust. II. 11. p. 269. sq. Schneid. et Plin. Hist. nat. VII. 59: non commode Lydi fidem tuearis, nisi hoc Camilli institutum, ut singulare quid commune Italorum hominum antecessisse contendas. Cr.

23. *ὡρατίωνι*] Sic dedi pro Schowii *ὀρατίονι*. Suidas: *Ὡρατίωνα.* Herodian. Partit. p. 197. *ὡρατίωνος*: ad quem locum vide Boissonad. Rr.

24. *Εἴδοις Φεβρουαρίαις.*] Schowius haec verba a sequentibus non distinxerat, cum tamen tanquam inscriptio hujus capitis posita sint. Quare ego post *Φεβρουαρίαις* posui Punctum. — De Feralium feriis, de quibus hoc loco agit Lydus, vide Ovidium Fast. II. 533. sqq. Cf. Creuzer. Abriss der Röm. Antiqq. §. 316. p. 396. ejusdemque Symbol. vol. II. p. 920. Rr.

ματρώνας — οἰκοδεσποίνας] Supra III. 15. hanc vocem per *εὐγενίδας* reddit. Rr. Cum sequentibus cf. Cedren. 169. A. Has.

ταῖς πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὁμιλεῖν, ἀλλὰ καὶ τόπους τινὰς ἡσυχίους ἐν τοῖς βαλανείοις ἔξω τοῦ πλήθους ἑαυταῖς ἀφορίζειν, οὓς ἔτι καὶ νῦν ματρωνίκια καλοῦσιν. αὗται τοίνυν αἱ σώφρονες τοῖς Βρούτου δαίμοσιν ἐνήγιζον δι' αἰτίαν τοιαύτην· Λουκρητία γυνή τις Ῥωμαία, περιττῶς εὐπρεπής τε καὶ σώφρων, λέγεται βιασθῆναί ποτε ὑπὸ Ταρκυνίου τοῦ τελευταίου τῶν ῥηγῶν, ἢ τοῦ αὐτοῦ παιδός. Σούπερβον δὲ αὐτὸν ἡ ἱστορία καλεῖ, οἱονεί, ἀλαζόνα· πρῶτος γὰρ αὐτὸς ὄργανα ποινῶν καὶ μέταλλα ἐξεῦρεν· ὅπως δὲ μὴ μαλάττοιτο τοῖς αἰκισμοῖς τῶν τιμωρουμένων, βοτάνην αὐτοῖς ἐπεδίδου, ἣ γέλωτα ἐνεποίει παρὰ σκοπὸν τοῖς πάσχουσι (γίνεται δὲ καὶ νῦν ἐπὶ Σαρδοῦς τῆς νήσου ἡ τοιαύτη βοτάνη, ὅθεν καὶ Σαρδόνιον γέλωτά φασιν). ἔνθεν τὸν Ταρκύνιον Σούπερβον, ἀντὶ τοῦ, ἀπηνῆ καὶ ὠμόν, ἐκάλουν. οὐδὲν δὲ αν τέκοι μῖσος, ὡς ταῦτα. ἐκείνη τοίνυν ἡ Λουκρητία, κρείττονα τὴν
p. 71. σωφροσύνην τῆς βασιλικῆς ὁμιλίας ἡγησαμένη, καὶ οὐκ αὐτῆς μόνης, ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς, μεταπεμψαμένη τοὺς ἑαυτῆς ἀφηγησαμένη τε τήν, εἴγε ἄρα ἐβούλετο, λανθάνειν δυναμένην ἁμαρτίαν, ἑαυτήν, παρόντων τῶν τῆς σωφροσύνης μαρτύρων, ἀπέσφαξε. κινεῖται οὖν ὁ δῆμος πρὸς τοῦτο, καὶ τὸ μῖσος τοῦ τυράννου προσεποιεῖτο — — ὅς, δραξάμενος καιροῦ, ἡγεῖται τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου, καὶ παρωθεῖται τῆς βασιλείας τὸν Ταρκύνιον. ἐτιμήθη οὖν, ὡς ἐλέγομεν,

τοῖς Βρούτου δαίμοσιν ἐνήγιζ.] Hoc fiebat VIII Kal. Mart. Vide Ovid. Fast. II. 685. sqq. et Nostr. De magistr. I. 31. p. 52. Rr.

τῶν ῥηγῶν] De voce ῥὴξ vide Herodian. Partition. p. 119. ibique a Boissonadio citatum indicem Palaephati Fischeriani. Rr.

Σούπερβον — οἱονεί, ἀλαζόνα] Suidas in *Σούπερβος*, pag. 347. ed. Kuster. *Σούπ. παρὰ Ῥωμαίους ὁ ὑπερήφανος — — δεσμά τε καὶ μάστιγας, ξυλίνους κλοιοὺς καὶ σιδηροῦς, πέδας, ἁλύσεις, μέταλλα, ἐξορίας ἐφευρών — — λέγεται οὖν ὁ ἀλαζών, ὡς σοῦπερ εἶναι τῶν ἄλλων θέλων· σοῦπερ γάρ, τὸ ἐπάνω δηλοῖ.* Rr.

ἡ τοιαύτη βοτάν. — Σαρδόνιον γέλωτα] Cf. Photii Lexicon in *Σαρδόνιος γέλως*, p. 370. sq.

tiam, ut neque cum feminarum multitudine versarentur, verum etiam loca quaedam a turba vacua in balneis extra multitudinem sibi secernerent, quae etiam nunc matronicia vocant. Hae igitur feminae honestae Bruti manibus parentabant hanc ob causam. Lucretiae feminae cuidam Romanae eximie formosae atque honestae vis olim illata esse dicitur a Tarquinio ultimo regum, aut ab ejusdem filio. Superbum autem eum historia vocat, velut, *ἀλαζόνα*: primus enim ille instrumenta poenarum et metalla invenit: ut autem ne molliretur contumeliis eorum, qui puniebantur, herbam iis dabat, quae risum movebat invitis iis, qui afficiebantur poena (nascitur autem nunc quoque in Sardinia insula ejusmodi herba, unde et Sardonium risum dicunt). Inde Superbum Tarquinium, pro, saevum et crudelem, vocabant. Nihil autem par genuerit odium, atque haec. Illa igitur Lucretia, honestatem regia familiaritate praestantiorem rata, nec illâ solâ, verum etiam vitâ ipsâ, arcessitis suis atque commemorato suo delicto, quod, si quidem volebat, delitescere poterat, se ipsa, praesentibus pudicitiae testibus, interfecit. Itaque movetur populus hoc facto, et odium tyranni augebatur — — qui, arrepta occasione, populo Romano se ducem praebet, et regno expellit Tarquinium. Colebatur

ed. Hermann., et Ruhnken. ad Tim. Lex. in *Σαρδώνιος γέλως*, pag. 230. ed. alter. Adde Ast. ad Platon. De republ. p. 354. Rk.

ἀπηνῆ καὶ ὠμόν] Nost. De magistrat. I. 31. pag. 52. *Ταρκύνιον, ἄνδρα τῶν πώποτε τυράννων ἀπηνέστατον.* Rk.

προςεποιεῖτο — ὅς, δραξ.] In ultimis Bruti nomen excidit; legendum: *προσεποιεῖτο Βροῦτος, ὃς δ.* Sch. Dubito, an recte expleverit Schowius lacunam utique hoc loco statuendam. Nam si recte reddidi *προςεποιεῖτο* per *augebatur*, aliquanto plura, quam simplex Bruti nomen, excidisse consentaneum est, fortasse: *παρὰ πάντας δὲ τῷ Βρούτῳ (τὸ μῖσος τοῦ τυράννου προςεποιεῖτο)*, vel simile quidpiam. Rk.

παρωθεῖται τῆς βασιλ.] Nost. De magistr. I. 31. p. 52. *ἐξωθεῖν τῆς ἀρχῆς* habet. Rk.

παρὰ ταῖς Ῥωμαίων γυναιξὶν ὁ Βροῦτος μετὰ θάνατον δημοσίῳ πένθει, οἷα ἔκδικος τῆς σωφροσύνης· καὶ Βρούτας ἑαυτὰς ἠξίουν ὀνομάζεσθαι, πρὸς τιμὴν Βρούτου.

25. *Βέρνακλον τὸν δημόσιον οἰκέτην οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἐπειδὴ εἰς τρεῖς μοίρας ὁ Ῥωμαϊκὸς διῄρητο δῆμος, τρίβους ἡ φυλὴ παρ' αὐτοῖς ὠνομάσθη, καὶ τριβοῦνοι οἱ δήμαρχοι. φροντὶς δὲ ἦν αὐτοῖς τῆς ἱπποδρομίας, ὡς ἐπιτελοῖτο προσηκόντως· καὶ διὰ τοῦτο τριβοῦνος ἔτι καὶ νῦν ἡγεῖται τῶν βολουπτάτων (ἀντὶ τοῦ, τῶν τέρψεων). τριῶν ἁρμάτων, καὶ οὐ τεττάρων, ἁμιλλωμένων ἐπὶ τῆς ἱπποδρομίας, οἱ μὲν ῥουσσάτοι, οἱονεί, ἐρυθροί, οἱ δὲ ἀλβάτοι, οἱονεί, λευκοί, οἱ δὲ βίρηδες, οἱονεί, ἀνθηροί, πρασίνους δὲ αὐτοὺς νῦν προσαγορεύουσι. καὶ οἱ μὲν ῥουσσάτοι ἠξίουν τοῦ Ἄρεος εἶναι, οἱ δὲ λευκοὶ τοῦ Διός, οἱ δὲ ἀνθηροὶ τῆς Ἀφροδίτης. ὕστερον δὲ καὶ τὸ βένετον· βενέτους δὲ αὐτοὺς ἐπιχωρίως καλοῦσι — σιδηροβάφους· τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν λεγόμενον καλλάϊνον χρῶμα Ῥωμαῖοι βένετον προσαγορεύουσιν. οἱ Γάλλοι τοίνυν*

25. *Βέρνακλον τ. δημ. οἰκ.*] *Vern. servum publicum.* De servis publicis vide Creuzer. Abriss der Röm. Antiqq. §. 39. p. 38. — Jo. Lydus De magistrat. I. 44. p. 74. tribunis plebis (*τοῖς δημάρχοις*), de quibus paulo post agit, *vernaculos* assignat. Ibidem significationem vocis legimus sic: *σημαίνει δὲ τοὔνομα τοὺς οἰκογενεῖς οἰκέτας (servos domi natos*, i. q. *vernas).* Cf. Creuzer. libello laud. §. 34. pag. 33. Rr.

Post *τρίβους ἡ φυλή* Paris. habet *πᾶσα* [sic]. De tribubus ac tribunis vide Creuzer. lib. laud. §. 76. sqq. p. 75. sqq. Rr.

τῆς ἱπποδρομίας] III Kal. Mart. Equiria erant; habes causam, cur hoc loco de hippodromio ac de ludis Circensib. loquatur. Vide Ovid. Fast. II. 857. sqq. Conf. supra I. 12. III. 25. 26. et Jo. Lyd. De magistr. I. 47. p. 84. Rr.

τῶν βολουπτάτων] Sic ex Apogr. Mar. reposui pro Schowii *βουλουπάτων*, quod utique vitiosum est, sive ipse Jo. Lydus, sive librarii ita scripserunt. Rr. Pro *βουλουπάτων* in margine: *ῥουσσάτων.* Apogr. Mar. *βολουπτάτων*, forte ex correctione. Sch. Sunt autem *voluptates* hoc loco spectacula, quae a se-

igitur, ut diximus, a Romanorum feminis Brutus post mortem publico luctu, tanquam vindex pudicitiae: et Brutas sese volebant nominari in honorem Bruti.

25. Vernaculum servum publicum Romani vocant. Cum in tres partes populus Romanus distributus esset, tribus (Graecorum) *φυλή* apud eos dicta est, et tribuni *δήμαρχοι.* Curabant autem certamen equestre, ut rite perageretur: atque hanc ob causam tribunus etiam nunc praeest voluptatibus (pro, *τέρψεσι*). Tribus curribus, neque quatuor, certantibus in certamine equestri, pars erant russati, velut, *ἐρυθροί*; pars albati, velut, *λευκοί*; alii virides, velut, *ἀνθηροί*, porraceos autem nunc appellant. Et russati volebant Martis esse; albi, Jovis; floridi autem Veneris. Postea vero venetus quoque (currus accedebat): venetos autem eos patrio sermone vocant, (quasi), ferreo colore tinctos (s. ferrugineos): qui enim apud nos *καλλάϊνος* dicitur color, eum Romani venetum appellant. Galli igitur proprium locum in certamine eque-

rioris temporis scriptoribus saepius isto nomine significantur. Vide quem Lexica sub voce afferunt locum, Vopisc. in Probo cap. 19. *dedit Romanis etiam voluptates.* Conf. id. in Aurel. cap. 34. et Trebell. Poll. in Gallien. 9. His spectaculis qui praeerat, a Cassiodoro Epist. VI. 19. VIII. 16. *tribunus voluptatum* dicitur. Rn.

τριῶν ἁρμάτων κ. τ. λ.] Apogr. Mar. *τριῶν ἁρμάτων καὶ τεττάρων α.* Lectio codicis bene se habet; hic enim de curruum numero, qualis antiquitus fuerit, agitur, et subiungitur, quod postea demum quartus accesserit. Sch.

ὕστερον — τὸ βένετον] In *ὕστερον δὲ καὶ τὸ Βένετον* subaudiendum est *ἅρμα.* Sch.

βενέτους — σιδηροβάφους] In his *ἐπιχωρίους* quod fuerat mutavi in *ἐπιχωρίως;* nullo enim illud modo ferri potest. Post *καλοῦσι* excidisse videtur Particula quaedam, ut *οἱονεί,* id quod posita lineola significavi. Ceterum vox *σιδηρόβαφος* Lexicis est addenda. Rn. Tu confer Guignaut in Réligions de l'Antiquité de Fr. Creuzer. tome I. pag. 550. sq. Cr.

οἱ Γάλλοι τοίνυν κ. τ. λ.] Videtur Lydus, cum audivisset, Venetos in Gallia Cisalpina habitare, ideo Gallos eos vocasse,

ἴδιόν τινα τόπον ἐν τῷ ἱππικῷ θεωροῦντες ἐπλήρουν· καὶ Βενέτους αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐσθημάτων ὠνόμαζον, καὶ Βενετίαν τὴν χώραν, διὰ τὸ μηδένα ποτὲ κατ' ἐκείνην εὐπορῆσαι στολῆς. διὰ δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐποίησαν τέσσαρας τοὺς ἀγῶνας· τὸ ἀνθηρόν, ἀντὶ πυρός, εἰς τὴν τῆς Ῥώμης τιμήν (Φλῶραν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον, ὥςπερ ἡμεῖς Ἄνθουσαν)· δεύτερον τὸ λευκόν, διὰ τὸν ἀέρα· τρίτην τάξιν Ἄρει, καὶ τετάρτην, ἄρτι προςληφθεῖσαν, Κρόνῳ ἢ Ποσειδῶνι· ἑκατέροις γὰρ τὸ κυανοῦν προςνενέμηται.

26. Καθάπερ ἐν τῇ μήτρᾳ τυγχάνον τὸ βρέφος οὐ δεῖται ἑτέρας τροφῆς, ἀλλ' ἐξ αἵματος εἰλικρινοῦς τρέφεται, οὕτως οὐδὲ τοῖς τελευτήσασι κατὰ τὸν πρότερον, ὡς ἐλέγομεν, ἐνιαυτὸν ἐπεχόαζον, ὥςπερ ἐν μήτρᾳ παρὰ τῇ φύσει λανθάνουσιν. αἱ γὰρ χοαὶ
p. 74. παραψυχή τις εἰςεφέρετο τοῖς εἰδώλοις τῶν τετελευτηκότων, γάλα, αἷμα καὶ οἶνος, καὶ σεμίδαλις, καὶ κόγχος, καὶ ἕτερά τινα. χοὰς δὲ αὐτὰς ὠνόμαζον ἐκ τοῦ ἐπεκχεῖσθαι τοῖς τάφοις. σώζεται δὲ καὶ νῦν ἴχνος· ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς ἄρτον καὶ οἶνον προςφέρομεν.

ΜΑΡΤΙΟΣ.

Cap. I. 27. Οἱ μυθικοί φασιν· Ὁ Ζεὺς συνελθὼν τῇ ἀδελφῇ Ἥρᾳ ἔτεκεν Ἄρεα, οἱονεί, ὁ αἰθὴρ συναπτόμενος τῷ ἀέρι ἀποθλίβει τὸ ἀέριον πῦρ. οἱ δὲ φυσικοὶ Ἄρεα μὲν οὐχ ὡς οἱ γραμματικῶν παῖδες ἐκ τῆς ἀρ-

idque eo magis, quod similitudinem quandam intercedere videret inter nomina *Γάλλος* et *καλλάϊνος*, qua soni similitudine fultus vocis significationem, uti quidem videtur, derivat. Has.

καὶ Βενετίαν — διὰ τὸ μηδένα — εὐπορ. στολῆς] Ratione etymologica interpretatur *Venetiae* nomen Jo. Lydus, neque hoc loco minore scilicet dexteritate, quam alibi in hac arte versatur. Dicit enim e Particula *Ve*, quam vim privativam habere (*στερητικὸν μέριον*) A. Gellius N. A. V. 12. auctor est, atque *etia*, quasi *hetia* (ab *ἕω*, *ἕννυμι*, *εἷμα*, cett.) esse compositum *Venetia*, oblitus, Livium I. 1. (conf. Plin. Hist. nat. VI. 2. 2.)

stri spectantes complebant: et Venetos eos ex vestitu nominabant, et Venetiam regionem, propterea quod nemo unquam in illa copiam habet vestimenti. Ob quatuor autem elementa quatuor fecerunt certamina: floridum pro igni, in honorem Romae (Floram autem eam vocabant, ut nos, *Ἄνθουσαν*); secundum album, propter aërem; tertiam factionem Marti, et quartam, nuper additam, Saturno aut Neptuno: utrique enim caeruleus color dicatus est.

26. Quemadmodum in utero dum est infans non indiget alio nutrimento, sed ex sanguine puro nutritur, ita neque defunctis primo, ut diximus, anno inferias afferebant, quasi in utero Naturae latentibus. Inferiae enim tanquam aliquod solatium afferebantur Manibus defunctorum, lac, sanguis et vinum, atque similago, et concha, et alia quaedam. *Χοάς* autem eas vocabant *ἐκ τοῦ ἐπεκχεῖσθαι* (i. e. ab insuper effundendo). Exstat autem etiam nunc vestigium: in sacris enim panem et vinum sumimus.

MARTIUS.

27. Mythici tradunt: Jupiter ex concubitu cum Junone sorore genuit Martem, velut, aether cum aëre conjunctus excutit aëreum ignem. Physici vero Martem, non ut Grammaticorum filii, *ἐκ τῆς ἄρσεως*

referre, ab *Henetis*, Paphlagoniae populo, oriundos Venetos. Vide interpretes ad Livii loc. laud. Rb.

Φλῶραν δὲ αὐτὴν ὠνόμ.] Conf. infra num. 50. Rb.

26. Cohaerent haec cum iis, quae supra no. 21. retulit. Rb.

χοὰς δὲ αὐτάς] Paris. *χ. δ. αὐτούς* [sic]. Rb.

ἄρτον καὶ οἶνον προσφ.] Sacram Christianorum coenam memorat. Rb.

27. *Οἱ μυθικοὶ φασιν κ. τ. λ.*] Apollodor. I. 3. p. 15. Heyn. (edit. alter.) — Allegor. nomin. deor. in Creuzeri Meletemat. I. pag. 45. *ἄρης ὁ διάπυρος θυμός.* Rb.

ἐκ τῆς ἄρσεως κ. τ. λ.] Etymol. m. in *Ἄρης* p. 140. *ἢ παρὰ τὸ ἀείρω· — ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν· — ὁ κουφίζων καὶ μεγαλύνων τοὺς ἄνδρας· ἢ παρὰ τὸ αἱρῶ, ὁ ἀναιρετικός, αἵρης, ἄρης,*

σεως καὶ ἀναιρέσεως αὐτὸν ὀνομασθῆναί φασιν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἀρήγειν καὶ συλλαμβάνειν τοῖς κατὰ βίαν καὶ μάχην συμπτώμασιν, ἢ ὡς ἀρκτικὸν καὶ μεταβολῆς αἴτιον (διδόασι δὲ αὐτῷ ὕψωμα τὸν Αἰγόκερων)· ἢ Ἄρεα, τὸν παρ᾽ ἀῤῥένων καὶ μόνων τιμώμενον, ἢ, ἐκ τοῦ μάρνασθαι. ὁ Ἄρης χαλκοῦ καὶ σιδήρου εὑρε-
p. 75. τὴς ἐγένετο. τὴν δὲ Ἀφροδίτην οἱ φυσικοί ποτε μὲν αὐτῷ, ποτὲ Ἡφαίστῳ συνάπτουσιν, οἱονεί, τῇ ὑγρᾷ οὐσίᾳ τὴν πυρώδη, ἐξ ὑγροῦ δήπουθεν καὶ θερμοῦ προϊέναι τὴν γένεσιν αἰνιττόμενοι· ἢ καί, ἐπειδὴ κοινὸς αὐτοῖς ὁ Σκορπίος, Ἄρεος μὲν τοῦ κέντρου, τῶν δὲ χηλῶν Ἀφροδίτης. ἀποστρέφεται δέ, ὥςπερ κατὰ τὸν μῦθον, Ἀφροδίτη τὸν Ἄρην, ἐπειδὴ ὁ χειμὼν ἀκολουθεῖ τῷ τοῦ Ἄρεος ἰδίῳ καταστήματι, ἡ δὲ Ἀφροδίτη εὔκρατος. ὥςτε ἐναντίως ἔχουσι πρὸς ἑαυτούς, ἀλλ᾽ οἱ καθόλου· καὶ γὰρ ἀλλήλοις κατὰ τὸ τοῦ καιροῦ προςεχὲς συνάπτεσθαι δοκοῦσι, μετὰ γὰρ χειμῶνα τὸ ἔαρ ἀναφέρεται. θεραπεύεται δὲ ὁ Ἄρης ἤχοις ὅπλων καὶ σάλπιγξι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ τὴν πρώτην ἑορτὴν ἐπετέλουν οἱ Ῥωμαῖοι, καλουντες αὐτὴν Ἀρμιλούστριον, οἱονεί, καθαρμὸν ὅπλων, μὴ χείματος, μὴ ἑτέρας τινὸς περιστάσεως εἰργούσης τὴν κίνησιν τῶν ὅπλων ἐπὶ τῷ τοῦ Ἄρεος πεδίῳ. ὄνομα δὲ αὐτῷ κατ᾽ Αἰγυπτίους Πυρόεις, ὅθεν καὶ Ξανθικὸς παρὰ Μακεδόσιν· Ἕλληνες δὲ αὐτόν, ὡς εἴρηται, Ἄρεα ἐκ τῶν πραγμάτων προςηγόρευον. οὐδὲ γὰρ

ἐλλείψει τοῦ ι. Eudoc. Viol. p. 12. Villois. ἔσχε δὲ τὴν ὀνομασίαν ἀπὸ τοῦ αἴρειν καὶ ἀναιρεῖν. Rr.

ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἀρήγειν] Etymol. Gud. in Ἄρης: ἢ παρὰ τὸ ἀρήγειν, τὸ συλλαμβάνειν τὴν κατὰ βίαν μάχην σύμπτωσιν, qui locus ex Lydo emendandus est. Rr.

ἢ Ἄρεα, τὸν παρ᾽ ἀῤῥένων κ. τ. λ.] Conf. Buttmann. Lexilog. tom. I. p. 195. Creuz. Symb. vol. II. p. 612. In derivatione a verbo μάρνασθαι magis Latinum hujus dei nomen, quam Graecum, respicere videtur. μόνων dedi pro Sch. μόνον. Rr.

ὁ Ἄρης χαλκοῦ] Sic dedi ex Cod. Paris. pro Schowii χαλκοῦς. Rr.

τὴν δὲ Ἀφροδίτην κ. τ. λ.]

(i. e. a sublatione) et *ἀναιρέσεως* (i. e. ab interfectione) eum nominatum dicunt, sed *ἐκ τοῦ ἀρήγειν* (i. e. a ferendo auxilium) et adjuvando casibus, qui sunt in vi ac pugna, vel tanquam *ἀρκτικόν* (i. e. initii efficientem) et mutationis auctorem (assignant autem ei *ὕψωμα*, id est, summitatem s. summam stationem Capricornum): vel *Ἄρεα* eum, qui a solis maribus colitur, vel *ἐκ τοῦ μάρνασθαι* (i. e. a pugnando). Mars aeris et ferri inventor fuit. Venerem autem Physici modo cum illo, modo cum Vulcano conjungunt, velut, cum humida essentia igneam, ex humida videlicet et calida natura prodire generationem obscure significantes: vel etiam, quoniam communis inter eos Scorpius est, cum Martis stimulus sit, forcipes autem Veneris. Aversatur autem, ut est in fabula, Venus Martem, cum hyems comitetur Martis proprium statum, Venus autem sit bene temperata. Itaque contrarii inter se sunt, nec tamen omnino: etenim ex tempestatis continuatione inter se cohaerere videntur; post hyemem enim ver oritur. Colitur autem Mars armorum strepitu et tubis, et hanc ob causam ei primas ferias agebant Romani, vocantes eas Armilustrium, velut purgationem (s. lustrationem) armorum, non hyeme, neque alio casu prohibente armorum tractationem in campo Martio. Nomen autem ei apud Aegyptios *Πυρόεις*, unde et *Ξανθικός* apud Macedones; Graeci autem eum, ut dictum est, *Ἄρεα* a rebus appellabant. Neque enim quis inve-

Cf. supra II. 7. — Ante *Ἡφαίστῳ* Particulam *δέ* excidisse suspicor. Rr.

θεραπεύεται — ἤχοις ὅπλων] Vide Ovid. Fast. III. 259. sqq. Rr.

μὴ ἑτέρας τινὸς περιστ.] Suspicor *μηδὲ ἑτέρας τ. π.* Rr.

Πυρόεις, ὅθ. κ. Ξανθικός] Conf. supra II. 7. — Suida atque Hesychio testibus apud Macedones Aprilis mensis *Ξανθικός*, feriae autem eo mense pro lustratione exercitus celebrari solitae *τὰ Ξανθικά* dicebantur. *Martem* ipsum apud Macedones *Xanthicum* audiisse, a nullo alio scriptore referri video. Rr.

ἄν τις εὕρῃ κυρίαν θεοῦ προςηγορίαν κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον, ἀλλ' οὐδὲ φύσεως γνώρισμα, ἐπεὶ νῦν μὲν ἄῤῥενας, νῦν δὲ θηλείας τὰς ἰδέας εἰςάγουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες· ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ὀνομασίας αὐτοῖς ἔθεντο, ἄῤῥενας μὲν θεοὺς δημιουργικὰς δυνάμεις, θηλείας δὲ τὰς ζωογόνους εἰςάγοντες.

28. Ὅρος γάρ ἐστι κακοῦ οὐκ οὐσία ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ἀλλὰ διάθεσις ἐν ψυχῇ ἐναντίως ἔχουσα πρὸς ἀρετὴν διὰ τὴν τοῦ καλοῦ ἀπόπτωσιν ταῖς ῥαθυμίαις ἐγγινομένην.

c. 11. p. 76. 29. Κατὰ δὲ τὴν πρώτην τοῦ Μαρτίου μηνὸς Ἥραν ἐτίμων, οἱονεί, τὴν Σελήνην, διὰ τὴν νεομηνίαν· ἐκήρυττε δὲ ὁ ἱερεὺς χρῆναι γλυκέσι πόμασί τε καὶ σιτίοις χρῆσθαι ἅπαντας πρὸς φυλακὴν ὑγείας. ἐκίνουν δὲ τὰ ὅπλα Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῷ τοῦ Ἄρεος πεδίῳ ἢ τεμένει. Ἄρεος δὲ ὁ κύαμος, παρὰ τὸ κύειν αἷμα, ἔχριόν τε τὰς ἀλλήλων ὄψεις ἀντὶ αἵματος τὸ χρίσμα τοῦ κυάμου λαμβάνοντες, ταύτῃ γε τὸν Ἄρεα θεραπεύοντες. διαφερόντως δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς διεγείρει τὰ σώματα πρὸς συνουσίαν ἐσθιόμενος, καὶ ταύτῃ καθέλκει τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν γένεσιν. ὁ δὲ Ἡρακλείδης φησίν, ὡς εἴ τις τὴν κύαμον ἐν κενῇ θήκῃ ἐμβαλὼν ἀποκρύψει τῇ κόπρῳ ἐπὶ τετταράκοντα πάσας ἡμέρας, εἰς ὄψιν ἀνθρώπου σεσαρκωμένου μεταβαλόντα τὸν κύαμον εὑρήσει, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν φάναι·

Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον] in libris perditis *περὶ θεῶν*, uti quidem videtur. Ra.

29. *Κατὰ δὲ τὴν πρώτ. — Ἥραν ἐτίμ.*] Ovid. Fast. III. 229. sqq. Fest. in *Mart. Kal.* — De Matronalium feriis cf. Creuzer. Symbol. vol. II. pag. 987. De Junone *Luna* conf. supra III. 7. post med. (pag. 98.) Ra.

ἐκίνουν δὲ τὰ ὅπλα] Conf. Tacit. Hist. I. 89. ibique Lipsium et Oberlin. Ca.

κύαμος παρὰ τὸ κύειν αἷμα] Etymolog. Gud. s. v. pag. 351. *κύαμος φάβα μέγα,*

nerit generalem dei appellationem, ut docet Apollodorus, verum neque naturae significationem, cum modo masculinas, modo femininas notiones introducant Philosophi: sed ex effectibus nomina iis indiderunt, tanquam masculos deos vires creatrices (s. opifices), femineas autem genitrices introducentes.

28. Finis enim est mali non essentia viva atque animalis, sed constitutio in animo contraria virtuti propter boni deminutionem quae fit in voluptatibus.

81. Plures quidem saporum varietates sunt auctore Apollonio, generales autem novem: dulcis, amarus, acidus, acer, subdulcis, acerbus, mucosus, austerus, salsus. — Unde videlicet et hoc nono mense pro sanitate precabantur Romani.

82. A. d. VIII Idus Septembres Eudoxus Equum occidere et Favonium vel Argesten spirare significat. Scimus in crambe nasci erucam, quae campe nominatur. Haec, cum veris tempore arescit crambe, in erucam alis praeditam, ut formicam, et aliquanto

δέ; pro βλεννώδης — βελνώδης [sic]. — *Apollonii* cum plurimi fuerint in antiquitate, non satis liquet, quisnam eorum hic noster sit. Veri tamen simile est, fuisse medicorum unum, quos recenset Meursius in Syntagm. ad calc. Historiar. Mirabil. Auctor. Graecc. (Lugd. Batav. MDCXXII.) p. 63., ubi agit de Apollonio *Cittieo*, qui medicus fuit; p. 65., ubi de Apollonio *Herophileo*; p. 69., ubi de Apoll. *Pergameno*; ibid. de Apoll. *Pitanaeo*. De *Citieo* (s. Citiensi) Apollonio cf. Cocchium De chirurgis veterib. Graec. Praef. p. XII. et p. 171. Rr. Iterum lacuna inter ἁλμυρὰ et Ὄθεν. Sch.

82. *Εὔδοξος — σημειοῦται*] Paris. hoc ordine haec habet: τὸν ἵππον δύεσθαι εὔδοξος σημειοῦται καὶ ζέφυρον ἢ ἀργέστην πνεῖν. Conf. Nostr. lib. De ost. l. l. et Voss. ad Arat. vs. 204. sqq. Rr.

κάμπην ὀνομαζόμ.] Plutarch. Sympos. II. 3. p. 636. C. p. 579. Wyttenb., quem laudat Creuzer. in Symb. vol. III. pag. 569: ὡς δὲ κάμπη γίνεται τὸ πρῶτον, εἶτα ἐκπαγεῖσα διὰ ξηρότητα καὶ περιῤῥαγεῖσα, ἕτερον πτερωθὲν δι᾽ αὐτῆς τὴν καλουμένην φύχην (sic Xyl. et Wytt.; alii ψυχὴν) μεθίησι. Cf. Aristot. De gener. anim. III. 9. De anim. incessu cap. IX. Plin. Hist. nat. XI. 22. Rr.

ὡςὰν μύρμηκα] Paris. ὡςεὶ μ. Suspicor ὡςανεί, ut est infra num. 92. ὡςανεὶ μισθοφόρον. Rr.

πτερύγων λευκῶν τριγώνων ἀνεχουσῶν αὐτόν, καὶ
p. 123 περίπταται τοῖς κήποις χαμαιζήλῳ καὶ εὐαλώτῳ τῇ πτήσει· ψυχὴν δέ που τὸν τοιοῦτον σκώληκα καλεῖσθαι συμβαίνει.

83. Πρὸ δέκα ὀκτὼ Καλενδῶν Ὀκτωβρίων Δοσίθεος τὸν Ἀρκτοῦρον ἀνίσχειν σημειοῦται. Τῇ πρὸ δεκαδύο Καλενδῶν Ὀκτωβρίων Καῖσαρ τὰς χελιδόνας εκδημεῖν λέγει. — Νικομήδους τοῦ Βιθυνίας τυράννου. — Οἱ Γότθοι, Γέται. — Οἱ δὲ ἰδιῶται δέλφακά φασιν αὐτόν. — Τὸ δὲ λόγιον ἀνὰ πάντα τὸν Σεπτέμβριον μῆνα γαλακτοποτεῖν ὑπὲρ ὑγείας παρεγγυᾷ.

ὈΚΤΩΒΡΙΟΣ.

Cap. I. 84. Καλένδαις Ὀκτωβρίαις φησὶν ὁ Βάῤῥων τὰς Πλειάδας ἀπὸ ἀνατολῶν ἀνίσχειν. ἐδόκει δὲ τὸν ὅλον μῆνα πρασοφαγεῖν τοῖς Ῥωμαίοις ἐξ ἀρχαίας τινὸς παραδόσεως πρὸς ἀποφυγὴν ἀρθρίτιδος νόσου.

85. Τῇ πρὸ ἓξ Νωνῶν Ὀκτωβρίων Εὔδοξος περὶ τὴν ἑσπέραν βροχὴν ἔσεσθαι ὑπολαμβάνει. — Ἐπὶ δὲ τῶν εἰς γῆν βαλλομένων σπερμάτων ἥν τις δύναμις,
p. 124 ἣν ὁ Ἥλιος περὶ τὸ κάτω ἡμισφαίριον ἰὼν ἕλκει κατὰ τὰς χειμερίους τροπάς. Κόρη μὲν ἡ δύναμις ἡ σπερ-

καὶ περιΐπταται κ. τ. λ.] Codex: καὶ περιΐπαται τοῖς κόποις χ. Correxi ex apogr. Mar. Sch. Pro τῇ πτήσει Paris. πτήσει omisso Articulo. συμβαίνει recepi ex Cod. Paris. pro Schowii συμβαίνειν. Rr.

83. Πρὸ δέκα ὀκτὼ Καλ. — σημειοῦται] Nost. De ostent. p. 240. Τῇ πρὸ ιή Καλ. Ὀκτωβρ. Αἱ πλειάδες ἀνίσχουσι σὺν τῷ ἵππῳ. Arcturi ortum pag. 242. a. d. XII Kal. Oct. ponit. Cf. Voss. ad Arat. 95. sqq. Rr. Δοσίθεος corrigendum ex Schowii Δυσίθεος. Est enim Dositheus Coloneus, qui apud Censorinum cap. 18. memoratur. Has.

Τῇ πρὸ δεκαδύο Κ. Ὀ. — ἐκδημ. λέγει] Hoc a. d. XVII Kal. Oct. fieri Noster De ostent. pag. 240. perhibet: Τῇ πρὸ ιζ' Καλ. Ἡ χελιδὼν οὐδαμοῦ. Secundum Caesaris Kalendarium in Graev. Thesaur. vol. VIII. a Petro Gassend. propositum Idibus Sept. hirundines discedunt. Rr. Cf. Plutarch. Quaest. Romm. XXXVIII. p. 273. E. p. 119. ed. Wyttenbach. infr. Cr.

majorem, solet commutari, alis albis triangulis eam ferentibus, et circumvolat in hortis humili volatu et ita, ut facilis sit captu: ψυχήν (Psychen) autem hanc fere vocant erucam.

83. A. d. XVIII Kalendas Octobres Dositheus Arcturum oriri significat. A. d. XII Kalendas Octobres Caesar hirundines migrare ait. — Nicomedis, Bithyniae tyranni. — Gothi, Getae. — Vulgus autem indoctum δέλφακα (i. e. porcellum) eum dicit. — Oraculum autem per totum Septembrem mensem lac bibi pro sanitate jubet.

O C T O B E R.

84. Kalendis Octobribus Varro Vergilias ait ab oriente exoriri. Visum autem erat Romanis per totum mensem porro vesci ex vetere quadam traditione ad cautionem arthritidis morbi.

85. A. d. VI Nonas Octobres Eudoxus circa vesperam pluviam fore putat. — In seminibus autem, quae in terram conjiciuntur, fuit vis quaedam, quam Sol circum inferius hemisphaerium currens ad se trahit circa solstitium hybernum. Proserpina vis est

Νικομήδους] De *Nicomede*, Bithyniae rege cf. Cic. Verrin. I. 24. Sueton. Caes. 1. Rr.

Οἱ Γότθοι, Γέται] Procop. De bello Gothor. lib. I. *Γετικὸν γὰρ ἔθνος φασὶν τοὺς Γότθους εἶναι.* Cf. Nostr. De magistr. III. 55., ubi item *Getae* pro *Gothi*. Rr.

84. *Καλένδαις Ὀκτωβρ. — ἀνίσχειν*] Nost. De ost. p. 244. ex Claud. Tusco: *Καλένδαις Ὀκτωβρίαις. Αἱ Πλειάδες ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἄρχονται φαίνεσθαι.* Cf. Ptolem. Inerrant. stell. signif. p. 58. Petav. Adde Ideler. Ueber d. Fasti des Ovid. p. 151. sqq. — In Varronis fragmentis hoc frustra quaesieris. Rr.

85. *Τῇ πρὸ ἓξ Νωνῶν κ. τ. λ.*] Ptolem. l. l. IV ante Non., quippe qui Nonas Octobris quinto mensis dici, Septembris septimo attribuit. Rr.

Κόρη] Vid. Ovid. Fast. IV. 389—712. Cf. Creuzer. Symbol. vol. IV. p. 238. not. 415., ubi de hac *δυνάμει σπερματούχῳ* agitur. Ceterum vocem *σπερματοῦχος* in Lexicis desidero. — Paulo aliter Cic. De nat. deor. II. 26. pag. 311. Moser. et Creuz. *Is*

ματοῦχος, Πλούτων δὲ ὁ ὑπὸ Γῆν Ἥλιος, ὃς ἁρπάζειν λέγεται τὴν Κόρην, ἣν ζητεῖ ἡ Δημήτηρ κρυπτομένην ὑπὸ γῆς. ἐν Αἴτνῃ δὲ τῆς Σικελίας τὴν ἁρπαγὴν μυθολογοῦσι τῆς Κόρης· ἐκεῖ γὰρ λέγεται πρῶτον σίτου σπέρμα καταβληθῆναι.

86. *Ἐν τῷ Γουστείῳ, οἷον, ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν Τιβερίου οἱ σεβαστοφόροι ἐχόρευον, τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οἱ ἰδιῶται Αὐγουστεῖον καλοῦσιν.*

87. *Τῇ πρὸ μιᾶς Νωνῶν Ὀκτωβρίων ὁ Δημόκριτος τοὺς Ἐρίφους ἀνίσχειν καὶ Βοῤῥᾶν πνεῖν διϊσχυρίζεται, ὁ δὲ Εὔδοξος δύεσθαι τὸ μέσον τοῦ Κριοῦ λέγει. Νώναις Ὀκτωβρίαις ὁ Βάῤῥων ἐν ἑσπέρᾳ τὰς Πλειάδας ἀνίσχειν καὶ Ζέφυρον πνεῖν, εἶτα καὶ Λίβα προλέγει.*

c. 11. 88. *Περὶ τοῦ δουρείου ἵππου ὁ Εὐφορίων φησίν, πλοῖον γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν Ἵππον λεγόμενον· ἐτε-*

(Pluto) *rapuit Proserpinam, quod Graecorum nomen est: ea enim est, quae Περσεφόνη Graece nominatur: quam frugum semen esse volunt, absconditamque quaeri a matre fingunt.* Rn.

Πλούτων δὲ ὁ ὑπὸ Γῆν Ἡλ.] Jo. Lyd. Fragment. major. De mensib. pag. 268. sq. *ὁ δὲ Ἰάμβλιχος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ καθαρότητος ψυχικῆς πραγματείας — ἡλίου χῶρον τῷ Ἅιδῃ διδούς, παρ᾽ ᾧ φησὶ τὰς ἐκκεκαθαρμένας ε᾽ αναι* [num *ἱστάναι?*] *ψυχάς, καὶ αὐτὸν μὲν εἶναι τὸν Πλούτωνα, Περσεφόνην δὲ τὴν σελήνην.* Rn.

ἐν Αἴτνῃ δὲ τῆς Σικελ.] Cf. Creuzer. Symbol. vol. IV. p. 195. Rn.

86. *Ἐν τῷ Γουστείῳ*] Sic dedi ex emendatione Hasii in Comment. ad Jo. Lyd. De magistr. p. LVIII., ubi affert Codini verba, qui exscripsit Lydum, p. 16. C. (cf. Lambec. p. 155. ed. Paris.): *Τῇ πέμπτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐχόρευον οἱ ῥεγεωνάρχαι* [l. *ῥεγεωνάρχαι*] *ἐν τῷ Γουστείῳ, ἤγουν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ τὸν καιρόν.* Conf. quem laudat Hasius, Suid. in *Αὔγουστος* tom. I. p. 377. ed. Kuster. et Ducang. Constantinop. Christiana, ejusque Glossar. Graec. in *Γουστεῖον.* Rn.

οἱ σεβαστοφόροι] *Sebasti* sive *Augusti sacerdotes*, Flamines Augustales. Vide, quem laudat Schneider. in Lexico,

semen alens, Pluto autem Sol infra Terram stans, qui rapere dicitur Proserpinam, quam quaerit Ceres dum reconditur sub terra. In Aetna antem, Siciliae monte, Proserpinae raptum peractum esse per fabulam tradunt: ibi enim fertur primum frugum semen sparsum esse.

86. In Gusteo, velut, in macello, in honorem Tiberii flamines Augustales saltabant, hunc autem locum vulgus indoctum Augusteum vocat.

87. Pridie Nonas Octobres Democritus Hoedos exoriri et Borean flare asseverat, Eudoxus autem occidere medium Arietem ait. Nonis Octobribus Varro vespere Vergilias exoriri et Favonium flare, deinde et Africum praedicit.

88. Ligneum (Trojanum) equum Euphorion dicit navem fuisse, quae Graecis *Ἵππος* (Equus) diceretur:

Suidam in *Αὔγουστος*. Cf. Gesner. Comment. Societ. Gott. V. p. 35. Rr.

Αὐγουστεῖον καλοῦσιν] Sic item ex Hasii emendatione dedi pro Schowii *Αὐγούστιον*. Rr. Cf. Suidas in *Αὔγουστος*. Adde Ernesti et Lips. ad Taciti Annal. I. 15. et Marini in libro: gli Atti de' Fratelli Arvali II. pag. 384. sq. Confer praeterea Cangii Glossar. in *Γουστεῖον* et Zonarae Lex. Gr. p. 345. Tittmann. et Goarii Notas in Theophanem, in Histor. Byzant. vol. VI. p. 126. p. 45. ed. Venet. Cr.

87. *Τῇ πρὸ μιᾶς Νων.*] Ptolemaeo, Inerrant. stell. signif. pag. 58. Petav. VI Id. Corona cum Hoedis exoritur; aër turbatur. *τοὺς Ἐρίφους* dedi pro *τὰς Ἐρ.* Rr.

ὁ δὲ Εὔδοξος — Κριοῦ λέγ.] Nost. De ostent. p. 244. ex Claudio Tusco: *Τῇ πρὸ ά Νωνῶν. Τὸ μέσον τοῦ κριοῦ δύεται καὶ ὁ σκορπίος σὺν αὐτῷ.* Vide Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. p. 149. sq. Cf. Voss. ad Arat. vers. 224. sqq. Rr.

τὰς Πλειάδας ἀνίσχειν] De Vergiliis vide Cic. De nat. deor. II. 44. p. 387. ed. Moser. et Creuzer., ubi a Creuzero hic locus memoratur. Conf. Ideler. l. l. p. 151. sq. Ceterum Varronis fragmentum in ejusdem fragmentorum collectionem recipiendum. Rr.

88. *Περὶ τοῦ δουρείου ἵππου κ. τ. λ.*] *δουρείου* recepi ex

ροὶ δέ φασι, πύλην γενέσθαι οὕτω προςαγορευομένην ἐν τῇ Τροίᾳ, δι' ἧς εἰςῆλθον οἱ Ἕλληνες.

89. *Τῇ πρὸ μιᾶς Εἰδῶν Ὀκτωβρίων ὁ Εὐκτήμων τὸ μεσαίτατον τοῦ φθινοπώρου εἶναι νομίζει. τῇ πρὸ δεκαπέντε Καλενδῶν Νοεμβρίων ὁ Μητρόδωρος τὰς Ὑάδας ἐν ἑσπέρᾳ ἀνίσχειν λέγει, καὶ ἄνεμον βίαιον.*

p. 125 90. *Ἀσκληπιοὶ τρεῖς λέγονται γενέσθαι· πρῶτος Ἀπόλλωνος τοῦ Ἡφαίστου, ὃς ἐξεῦρε μήλην· δεύτερος Ἰσχύος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος, ὃς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος ὁρίοις ἐτάφη· τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου· οὗτος εὗρε τομὴν καὶ ὀδοντάγραν, καὶ τάφος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ· οἱ δὲ ἀστρονόμοι αὐτόν φασιν εἶναι τὸν Ὀφιοῦχον τὸν ἐπὶ τοῦ Σκορπίου ἑστῶτα.*

91. *Τῇ πρὸ μιᾶς Καλενδῶν Νοεμβρίων ὁ Βάῤῥων τὴν Λύραν ἅμα Ἡλίῳ ἀνίσχειν λέγει.*

Cod. Paris. pro Schowii *δουρίου*: Pariter Etymol. magn. in *Σκαιαὶ πύλαι* pag. 716. *τὸν γὰρ δούρειον ἵππον* κ. τ. λ. Item *δέ* ante *φασί* recepi ex Paris., cujus *ἵππον* ante *οὕτω* pro glossemate habeo. *πύλην* pro *πόλιν* dedi ex Hasii conjectura, loc. supra laud. Eodem prorsus modo etiam a Friderico Jacobsio ad Antholog. Palatin. vol. III. p. 486. hunc locum corrigi video. Rr. Cur hoc loco de Trojano equo agat, intelligetur ex Festo in *October equus* p. 302. itemque ex Plutarchi Quaest. Romm. XCVII. p. 287. A. aliisque, quos laudat ad l. cit. Wyttenbach. p. 51., unde etiam colligi potest, lacunosum esse hunc Lydi locum, sed qui tamen ex Festo Plutarchoque expleri queat. Cr.

89. *Τῇ πρὸ μιᾶς* κ. τ. λ.] Ptolemaeo l. l. XVIII Kal. Nov. *Autumni medium et Auster flat.* Rr.

τὰς Ὑάδας — ἀνίσχειν] Vid. Ideler. l. l. p. 153. sqq. Rr.

90. Cic. De nat. deor. III. 22. p. 612. sqq. ed. Moser. et Creuz. *Aesculapiorum primus, Apollinis, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse, primusque vulnus dicitur obligavisse: secundus, secundi Mercurii frater: is fulmine perçussus, dicitur humatus esse Cynosuris: tertius, Arsippi et Arsinoae; qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit: cujus in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur.* Vid. ibi annotata. Cr. Cf. Appulej.

alii autem portam fuisse Trojae dicunt, quae ita appellaretur, per quam intraverint Graeci.

89. Pridie Idus Octobres Euctemon medium auctumnum esse putat. A. d. XV Kalendas Novembres Metrodorus Suculas vespere exoriri dicit, et ventum vehementem.

90. Aesculapii tres fuisse dicuntur: primus Apollinis Vulcani, qui invenit specillum; secundus Ischyis (Roboris) Elati filii et Coronidis, qui in Cynosuridis finibus humatus est; tertius Arsippi et Arsinoae Leucippi filiae: hic invenit amputationem dentisque evulsionem, et sepulcrum ejus est in Arcadia: astronomi autem eum dicunt esse Ophiuchum, qui supra Scorpium stat.

91. Pridie Kalendas Novembres Varro Lyram una cum Sole oriri ait.

opp. p. 99. Elmenh. et librum vernaculum: Minutoli, Reise zum Tempel des Jupiter Ammon p. 424., ubi noster ipse locus laudatur. — Verba *ὃς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος* auctoribus Hasio atque Creuzero inserui, quorum ille in Comment. ad Joann. Lydi librum De magistr. p. LIX. sic habet: „Is locus partim depromptus est ex Clementis Alexandrini Cohort. ad Gentes, lib. I. ed. Potter. tom. I. Oxonii 1715. fol. pag. 25., partim e Cicerone vel ex Graeco scriptore illo, quem Cicero exscripsit De nat. deor. III. 22. Verba autem *δεύτερος—ὁρίοις ἐτάφη* comple sic: *ἘΝ ΤΟΙΣ ΚΥΝΟΣΟΥΡΙΔΟΣ ὁρίοις ἐτάφη*. Clemens loco citato p. 26. lin. 8: *Ζεὺς γάρ, κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμόν, αἴτιος, Ἀσκληπιόν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα. Οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος ὁρίοις.*" Consentit Creuzer., qui ad Cic. l. l. verba *ἐν τοῖς Κυνοσούριδος* propter soni similitudinem excidisse dicit. Rʀ.

τὸν Ὀφιοῦχον κ. τ. λ.] Eratosth. Cataster. cap. 6. ibique Schaubach. Cʀ. Arati Phaenom. vers. 75. sqq. p. 16. sq. Voss. Rʀ.

91. *Τῇ πρὸ μιᾶς κ. τ. λ.*] Pro *Νοεμβρ.* Paris. *ὀκτωμβ.* [sic]. — Nost. De ost. pag. 248. ex Claud. Tusco: *ἡ δὲ λύρα ἀνίσχει.* Conf. Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. p. 144. sqq. Rʀ.

ΝΟΕΜΒΡΙΟΣ.

92. *Κίγκιος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑορτῶν λέγει, τὸν Νοέμβριον παρὰ τοῖς παλαιοῖς Μερκηδῖνον ὀνομασθῆναι, ὡςανεί, μισθοφόρον· ἐν αὐτῷ γὰρ τοῖς κτήτορσιν οἱ μισθωτοὶ τὰς προςόδους εἰςέφερον τοῦ παρελθόντος κύκλου, ἑτέρων καρπῶν αὖθις ἐπερχομένων. Νοέμβριος δὲ ὕστερον ὠνομάσθη ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ· ἔννατος γὰρ ἐκ τοῦ Μαρτίου.*

93. *Τῇ πρὸ ἑπτὰ Καλενδῶν Δεκεμβρίων ὁ Δημόκριτος λέγει τὸν Ἥλιον Τοξότῃ γίνεσθαι. Φάβα Ῥωμαίοις τὸ ἔτνος ἐδόκει καλεῖν, ἀπὸ τοῦ Ζεφύρου,*
p. 126 *οὗ καταρχομένου πνεῖν, πρῶτος πέφυκεν οὗτος βλαστάνειν καρπός· Φαβώνιος δὲ κατ' αὐτοὺς ὁ Ζέφυρος καλεῖται· ὅθεν καὶ Ζεφυρίτης ὁ Μάρτιος, ὥςπερ Μονίας ὁ Ἰανουάριος, ἀπὸ τῆς μονάδος, καὶ Σεμεντίλιος ὁ Ὀκτώβριος, ἀπὸ τοῦ σπόρου, ὡς ἡ παλαιότης παραδέδωκεν.*

ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ.

Cap. I. 94. *Οἱ διπούνδιοι, οἱονεί, νεοστράτευτοι, οὓς καὶ τίρωνας ἀπὸ τοῦ στρατεύεσθαι δι' ἔνδειαν τροφῆς Ἰταλοὶ καλοῦσι. διπουνδίους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν ἀπὸ τῶν ἄρτι παραγγελλόντων* [sic] *ἐν στρατείᾳ· οἱ*

ΝΟΕΜΒΡΙΟΣ] Majora aliquot hujus mensis fragmenta vid. in Hasii editione libri De ostent. p. 262. sqq. Rh.

92. *Μερκηδῖνον*] Schow. *μερκιδῖνον*, minus recte. Cod. Paris. *μερκεδῖνον*. Ego ex Plutarch. Vit. Num. cap. XVIII., ubi Cod. SGerm. habet *μερκηδῖναν* (conf. Leopoldi not. p. 324.), reposui η pro ε. — De re cf. Ideler. Ueber die Zeitrechn. der Röm. p. 132. Rh. Cf. Ideler. in Claud. Ptolemaei Table chronologique par Halma. Paris. 1819. Part. III. p. 140. sq. Cr.

τοῖς κτήτορσιν] Cod. Paris. *κτήτωρσιν* [sic]. Rh.

93. *Τῇ πρὸ ἑπτὰ κ. τ. λ.*] Nost. De ost. p. 250. ex Claud. Tusco: *Τῇ πρὸ ζ' Καλενδῶν. Ὁ ἥλιος ἐπὶ τῆς πρώτης μοίρας τοῦ τοξότου.* Rh.

Φάβα Ῥωμαίοις κ. τ. λ.] Etymol. Gud. p. 547. in *Φάβα*: *Φαβώνιος παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Ζέ-*

NOVEMBER.

92. Cincius in libro De diebus festis ait, Novembrem apud veteres Mercedinum (Mercedonium) nominatum fuisse, velut, mercedis ferentem: illo enim mense dominis mercenarii tributa pendebant praeteriti spatii temporis, aliis fructibus rursus provenientibus. November autem postea nominatus est a numero: nonus enim est a Martio.

93. A. d. VII Kalendarum Decembrium Democritus ait Solem Sagittario esse. Fabam Romanis videbatur τὸ ἔτνος vocare, a Zephyro, quo incipiente spirare, primus solet germinare hic fructus: Favonius autem apud eos Zephyrus vocatur: unde et Zephyrites Martius, ut Monias Januarius, a monade, et Sementilis October, a semente, ut antiquitas tradidit.

DECEMBER.

94. Dipondii, velut, recens conscripti, quos et tirones a militando ob inopiam victus Itali vocant. Dipondios autem eos vocabant ab iis, qui modo conscripti erant ad militiam: non enim — — . . . . dios

φυρος καλεῖται, οὗ καταρχομένου πνεῖν, πέφυκεν ὁ τοιοῦτος καρπὸς βλαστάνειν. Rr.

ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ] Plura de hoc mense vid. in fragmento majori De mensibus ed. Has. p. 274. sqq. Rr.

94. *Οἱ διπούνδιοι*] *Dipondii, s. Dup. Dipondius* (sc. numus) *duo pondo s. asses* continet: igitur *dipondiarius* (miles), ut Lydo scribendum erat, is dicitur, qui duor. ass. stipendio militat. Paris. male *διπούντιοι*. Rr.

τίρωνας] Nost. De magistr. I. 47. p. 82. *τίρωνας* (unde Schowii *τήρωνας* correxi). — — *Διὰ γὰρ πενίαν καὶ μόνην διδοῦσιν ἑαυτοὺς οἱ λεγόμενοι τίρωνες κ. τ. λ.*, ubi cum Graecorum *Triballis* conferuntur Romanorum *tirones*. Ibid. p. 84. a verbo *τείρεσθαι* hanc vocem derivat. Conf. de his Creuzer. Abriss der Röm. Antiqq. §. 225. p. 279. §. 258. p. 314. Rr.

παραγγελλόντων κ. τ. λ.] Legendum videtur *παραγγελέντων*. Inter *οὐ γάρ* et *δίους* lacunam

γάρ — — .... δίους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν ἐκ τοῦ δύο μόνοις νομίσμασιν ἀρκουμένους ὑπομένειν στρατεύεσθαι· διπούνδιον γὰρ τὸ διόβολον Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν.

95. *Διόνυσός ἐστι τὸ ἐν τῷ πυρὶ γενόμενον πνεῦμα, τουτέστι, τὸ θερμόν, ὅθεν πυρίτοκος ἐκλήθη καὶ μηροτραφὴς καὶ ἀρσενόθηλυς ὑπὸ Ἑλλήνων, ἀγνοησάντων ἐκείνων τὴν περὶ αὐτὸν φιλοσοφίαν, καὶ τίς τετύχηκεν ὤν· οὗτος γάρ ἐστι τὸ θερμὸν πνεῦμα τὸ ἐκ πάσης σπορᾶς παντὸς ζώου πνευματικοῦ συγκατατιθέμενον εἰς ζωογονίαν καὶ αὔξησιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. μηροτραφὴς δὲ ἐκλήθη, ἐπεὶ ἐν ταῖς*
p. 127. *μήνιγξι καὶ τοῖς ὄγκοις τοῖς γονίμοις, καὶ ταῖς φλεψὶ ταῖς ἐν τοῖς μηροῖς, ἐγκατῴκισται ἡ τοιαύτη οὐσία παντὸς ζώου, ἐξ οὗ συνέστη τὰ πάντα. ἀῤῥενόθηλυς δὲ ἐῤῥέθη, διὰ τὸ τὰς ἀῤῥενοθήλεις σπορὰς γίνεσθαι δύο, ἀρσενικήν τε καὶ θηλυκὴν φύσιν, καὶ οὐκ ἔστιν ετερον ἀφ' ἑτέρου τὸ δυνάμενον γεννῆσαι, εἰ μὴ ὁμοῦ ἔλθοιεν, καὶ ζωογονήσωσι τὰ ζῶα τὰ ὑπὸ τούτου δεδημιουργημένα. ἀναλύεσθαί τε αὐτὸν ὑπειλήφασι καὶ πάλιν γεννᾶσθαι, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενα ὁμοίως ἀνεκλείπτως δαπανᾶται καὶ πάλιν ζωογονεῖται.*

c. 11. 96. *Τοὺς κεραυνοὺς οἱ φιλόσοφοί φασι γενέσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται· τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς γεώδους οὐσίας ἐξαφθείσης, τὸ ἐξαφθὲν ὑπὸ τῆς ῥιπῆς ἐπὶ τὴν Γῆν μετὰ ῥοίζου φέρεται. καὶ ἂν*

esse suspicor, quod interpositis lineolis et punctis significavi. .... *δίους* fuisse *διπουνδίους* videtur. Rb.

95. *Διόνυσός ἐστι κ. τ. λ.*] De his vid. plura supra num. 38. — Proclus ad Euclid. Elem. I. p. 46. apud Böckh. ad Philol fragm. p. 154. sq. *ὁ δὲ Διόνυσος τὴν ὑγρὰν καὶ θερμὴν ἐπιτροπεύει γένεσιν, ἧς καὶ ὁ οἶνος σύμβολος ὑγρὸς ὢν καὶ θερμός.* Cf. Creuzer. Symbol. vol. III. p. 422. Pro Schowii *πυριτόκος* rescripsi *πυρίτοκος*. Supra l. l. vocatur *πυριγενής*. — *Μηροτραφής* auctore Strabone 15. p. 12. Siebenk. *in Mero monte nutritum* significat.

autem eos vocabant inde, quod duobus solis numis contenti sustinebant militiam: dipondium enim *τὸ διόβολον* vocare Romani solent.

95. Dionysus (Bacchus) est spiritus, qui est in igne, id est, calor, unde *πυρίτοκος* (i. e. ex igne progenitus) et *μηροτραφής* (i. e. in femore nutritus) et *ἀρσενόθηλυς* (i. e. masculus simul et femineus) vocatus est a Graecis, ignorantibus illis de eo philosophiam, et quis fuerit: hic enim est spiritus calidus, qui ex omni procreatione cujusque animantis spiritu praediti componitur ad generationem atque incrementum omnium quae in mundo sunt. *Μηροτραφής* autem vocatus est, quandoquidem in membranis et in angulis genitalibus et venis, quae in femoribus sunt, inhabitat ejusmodi essentia omnis animantis, ex quo constant universa. *Ἀῤῥενόθηλυς* autem dictus est, quoniam foetus masculi simul et feminei fiunt duo, mascula ac feminea natura, nec est alterum ab altero quod possit gignere, nisi coierint et progenuerint animantia ab hoc creata. Et resolvi eum censuerunt et rursus nasci, quandoquidem et ea, quae ex illo nascuntur, similiter sine intermissione consumuntur et rursus generantur.

96. Fulmina philosophi existere dicunt, quum disrumpuntur nubes: substantia enim terrena, quae iis admixta est, incensa, ea pars, quae incensa est, impetu suo in Terram cum strepitu defertur. Atque

Alii *μηροῤῥαφῆ* eum vocant. Cf. Creuzer. Symbol. vol. III. pag. 422. sq. De epitheto *ἀῤῥενόθηλυς* cf. Creuzer. Dionys. p. 269. ibique laudatos Orphicos. Rr.

ζωογονήσωσι] Sic dedi pro Schowii *ζωογονήσουσι*, flagitante nexu. Rr.

96. *Τοὺς κεραυνοὺς κ. τ. λ.*] Haec eadem vid. supra III. 52., ubi tamen in his variatur: *οἱ φιλόσοφοι* om.; pro *καὶ ἂν μὲν* rectius ibi *καὶ ἐὰν μέν*; pro *ὑγρὰ τυγχ.* — *ὑγρότερα τυγχ.*; pro *τυγχάνει ὄντα* nonnisi *τυγχάνει*; pro *πυροειδεῖς*, rectius fortasse, *πυρώδεις*; pro *φασὶν* — *φασί*; pro *ἱκανὸς μὲν ἐπιχρώσεως ἀπὸ*

μὲν ὑγρὰ τυγχάνει ὄντα τὰ νέφη, ἅμα τῇ καταφορᾷ σβέννυται, εἰ δὲ γεωδέστερα, πυροειδεῖς ἐκθλίβονται. δύο δὲ εἴδη κεραυνῶν εἶναί φασιν, ὧν ὁ μὲν ὀξὺς καὶ μανὸς καὶ διάπυρος ἀργὴς ὀνομάζεται, ὁ δὲ βραδὺς καὶ καπνώδης, ψολόεις· καὶ ὁ μὲν διὰ τὴν λεπτότητα, καὶ πρὶν ἐκπυρῶσαι, φερόμενος οἴχεται διὰ τάχους, ὡς μηδὲ ἐπιφλέξαι τι τῶν ἀραιοτέρων, ο δὲ βραδύτερος, ἱκανὸς μὲν ἐπιχρῶσαι ὡς ἀπὸ αἰθάλης, καὶ κακῶσαι δέ τινα τῶν ὑποπεσόντων, βολβῶν καὶ συκῆς καὶ φώκης καὶ ὑαίνης μενόντων ἀβλαβῶν, ὡς καὶ ταῖς δοραῖς περιδιφθεροῦσθαι λόγος τοὺς ἱστοὺς τῶν νεῶν διὰ τοὺς κεραυνούς.

p. III. v. 128 97. Οἱ τῶν Ἑβραίων λόγιοι τὸν περὶ προγνώσεως λόγον διχῇ τέμνουσιν, εἰς σημεῖα καὶ τέρατα· καὶ σημεῖα μὲν εἶναι βούλονται τὰ ἐν μετεώροις συνιστάμενα, τέρατα δὲ τὰ ἐπὶ γῆς ὡς παρὰ φύσιν φαινόμενα, ὁποῖον ἐκεῖνο τὸ ἐπὶ τῆς καλουμένης τῶν Ἑβραίων ἐξόδου ἀναφερόμενον περὶ Μωϋσέως αὐτοῦ· „Καὶ εἶδεν, ὅτι ἡ βάτος καίεται, ἡ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο.“ καὶ πάλιν· „Ἔρριψε Μωϋσῆς τὴν ῥάβδον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ὄφις.“ καὶ πάλιν· „Εἰσήνεγκε Μωϋσῆς τὴν χεῖρα εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ

αἰθάλης καὶ κακῶσαι, ut Schowii habet editio, ἱκανὸς μὲν ἐπιχρῶσαι ὡς ἀπ' αἰθάλου καὶ καῦσαι, quae partim in textum recepi (neque enim dubium est, quin ex ἐπιχρῶσαι ὡς recentiorum more Graecorum pronunciato ortum sit ἐπιχρώσεως); item ὧν καὶ ταῖς pro ὡς καὶ ταῖς, idque rectius; λόγος om.; τὰ ἱστία pro τοὺς ἱστούς. Etiam in libro De ost. p. 172. est τὰ ἱστία. — Cod. Paris. om. καὶ ὑαίνης. Rr.

97. λόγιοι] i. e. *docti*. Cf. Nostr. De mag. III. 29. p. 198. Ἰωάννῃ τῷ λογιωτάτῳ, *Joanni doctissimo*; item cap. 30. p. 202. Ἰωάννης μὲν ὁ λογιώτατος. Pariter Herodot. I. 1. Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι κ. τ. λ. Rr. Cf. Stephan. Thes. p. 5682. ed. nov. Londin. Adde Ernesti Lex. technolog. Graecc. rhetor. p. 200. et Wyttenbach. ad Plutarch. De glor. Athen. p. 143. Cr.

εἰς σημεῖα καὶ τέρατα] De discrimine, quod Grammaticorum filii statuunt inter voces σημεῖα et τέρατα, conferenda sunt quae habet Bielius in The-

si forte humidae nubes sunt, in ipso casu exstinguuntur, sin vero magis terrenae, igneae eliduntur. Duo autem fulminum genera esse dicunt, quorum alterum, acre et rarum atque igneum, *κεραυνὸς ἀργής* (i. e. fulmen candidum) vocatur, alterum, lentum et fumosum, *κεραυνὸς ψολόεις* (i. e. fulmen flammeum): et alterum propter raritatem jam prius, quam incendatur, cum celeritate defertur, ut nihil eorum, quae rariora sunt, adurat; lentius autem ita comparatum est, ut contaminare possit, ut fit a fulligine, et laedere nonnulla eorum, quae ei subjecta sunt, bulbis et fico et vitulo marino atque hyaena manentibus integris, ut et (eorum) pellibus induci dicant malos navium propter fulmina.

97. Hebraeorum docti praesagii rationem bifariam distribuunt, in *σημεῖα* et *τέρατα* (i. e. prodigia et signa): et *σημεῖα* esse volunt ea, quae in aëre existunt, *τέρατα* vero ea, quae in terra tanquam contra naturam apparent, quale illud, quod in Hebraeorum Exodo, quae dicitur, de Moyse ipso refertur: „Et videbat, quod rubus arderet, et rubus non combureretur." Et rursus: „Projecit Moyses virgam in terram, et versa est in colubrum." Et rursus: „Misit Moyses manum in sinum suum, et facta est

saur. philol. tom. III. p. 437. Ex iis quos Schleusnerus in Lexico in N. T. ad has voces collegit locis ejusmodi distinctio haud apparet, ut igitur, ubi junguntur, non aliter accipiendae sint atque Hebraicae אוֹת et מוֹפְתִים (s. מֹפֵת), quae obviae sunt passim in Vet. Test., e. gr. Deuteron. IV. 34. Rr.

Μωϋσέως] Paris. *Μωσέως*, et sic deinceps. Rr.

Καὶ εἶδεν, ὅτι ἡ βάτος] Exod. III. 2., ubi tamen in versione Alexandr. sic: *καὶ ὁρᾷ, ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί, ὁ δὲ κ. τ. λ.* — In transferendis his locis ex bibliis sacris desumtis versionem vulgatam secutus sum. Rr.

Ἔῤῥιψε Μωϋσῆς] Exod. IV. 3. Rr.

Εἰςήνεγκε Μ.] Vid. Exod. IV. 6., ubi aliquanto fusius haec exponuntur. Pro *καὶ ἐγένετο* legitur ibi *κ. ἐγενήθη*. Rr.

ἐγένετο ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὡςεὶ χιών.“ εἶτα αὖθις· „Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Μωϋσῆν· λήψῃ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τὸ ξηρόν, καὶ ἔσται αἷμα.“ εἶτα ὑποβάς· „Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν· ἐὰν λαλήσῃ Φαραὼ πρὸς ὑμᾶς λέγων, Δότε σημεῖον ἢ τέρας, λάβε τὴν ῥάβδον σου, καὶ ῥίψον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἔσται δράκων.“ καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλ' ἔτι τέρας ἄλλο φοβερώτερον ἡ τοῦ παντὸς Αἰγυπτίου ὕδατος εἰς λύθρον μεταβολή, καὶ τῶν βατράχων τὸ πλῆθος, καὶ οἱ λεγόμενοι σκνῖπες, καὶ οἱ μύωπες, οὓς αὐτοὶ καλοῦσι κυνομυίας, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν φθορά, καὶ ὁ κονιορτὸς ὁ ἑλκώδης, φλυκταῖναι καὶ ἀκρίδες, ταῦτα πάντα τέρατα ἂν δικαίως λέγοιντο. σημεῖα δὲ τὰ ἐξ ὑπερτέρων φαινόμενα, οἷον ἐκεῖνο τὸ ἐπὶ τῆς αὐτῆς φέρεται γραφῆς· „Καὶ ἔβρεξε κύριος τὴν χάλαζαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου,
p. 129. *ἦν δὴ ἡ χάλαζα, καὶ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ.“ καὶ πάλιν· „Ἐξέτεινε δὲ Μωϋσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν οὐρανόν, καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος καὶ θύελλα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου.“ τοιοῦτος τοίνυν Ἑβραίοις ὁ περὶ σημείων λόγος, ἐξ ὧν, οἶμαι, καὶ τἄλλα τῶν ἐθνῶν διοσημίας ταῦτα καλεῖν ἔγνω τὰ σήματα· Ζεὺς γὰρ ὁ ἀὴρ κατὰ τοὺς φυσικοὺς λέγεται, ὅτι ζωοποιός ἐστιν, ὥστε διοσημία τὸ τοῦ ἀέρος σημεῖον, ὅπερ* [sic] *εὔδιον τὸ πρᾶον καὶ γαλη-*

Καὶ εἶπεν ὁ θεός] Exod. IV. 9. Ante *ἐπὶ τὸ ξηρόν* praecedunt haec: *καὶ ἐκχεεῖς*. Verba *ἔσται αἷμα* ex pluribus Noster in brevius contraxit. Br.

Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν] Exod. VII. 8. sqq., ubi tamen post *Μωϋσῆν* legimus verba *καὶ Ἀαρών, λέγων, καί* —. Verba *Φαρ. πρὸς ὑμ.* hoc ordine posita: *πρ. ὑμ. Φαρ.* Post *Δότε* supple ex contextu *ἡμῖν*. Inter *τέρας* et *λάβε* inserenda sunt verba: *καὶ ἐρεῖς Ἀαρὼν τῷ ἀδελφῷ σου*. Pronomen *σου* post *ῥάβδον* deest in textu. Pro *ἐπὶ τῆς γῆς* textus habet *ἐπὶ τὴν γῆν*, et post *γῆν* sequuntur haec: *ἐναντίον Φαραὼ καὶ ἐναντίον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ· καὶ ἔστ. δρ. κ. τ. λ.* Br.

ὕδατος εἰς λύθρον μεταβολ.] Exod. VII—X. Br.

manus ejus instar nivis.“ Deinde rursus: „Dixitque Deus ad Moysen: sume aquam fluminis (et effunde eam) super aridam, et vertetur in sanguinem.“ Tum aliquanto inferius: „Dixitque Dominus ad Moysen: cum dixerit vobis Pharao, Ostendite signum vel miraculum, tolle virgam tuam, et projice eam in terram, et vertetur in colubrum.“ Neque haec solum, sed etiam miraculum aliud terribilius, omnis Aegyptiae aquae in cruorem conversio, et ranarum multitudo, et *σκνῖπες* (ciniphes, s. culices) qui dicuntur, et muscae, quas ipsi vocant *κυνομυίας*, et pecorum interitus, et pulvis ulcera efficiens, pustulae et locustae, haec omnia signa jure dicantur. Prodigia vero ea, quae ex sublimioribus partibus cernuntur, quale illud, quod in eodem scripto fertur: „Pluitque Dominus grandinem super omnem terram Aegypti, erat autem grando, et ignis flagrans in grandine.“ Et rursus: „Extenditque Moyses manum suam in coelum, et factae sunt tenebrae, turbo et procella in universa terra Aegypti.“ Talis igitur Hebraeis de ostentis est ratio, unde, arbitror, reliquis quoque populis *διοσημίας* haec vocare visum est signa: *Ζεύς* (Jupiter) enim aër ex Physicorum decretis dicitur, quod vim animandi habet, ut *διοσημία* sit *τὸ τοῦ ἀέρος σημεῖον*, i. e. aëris signum, ut *εὔδιος* mitis et tranquilla aëris

σκνῖπες] Exod. VIII. 16. *σκνίφες*. Rr.

φλυκταῖναι] Exod. IX. 9. *φλυκτίδες*. Rr.

Καὶ ἔβρεξε] Exod. IX. 23. 24., paucis immutatis. — *γραφῆς* ante *καὶ ἔβρεξε* Paris. om. Rr.

Ἐξέτεινε δὲ Μωϋσῆς κ. χ.] Exod. X. 22., ubi sic: *καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος, θύελλα κ. τ. λ.*, unde Schowii iteratum *σκότος* correxi. Rr.

. *ἔγνω τὰ σήματα*] Paris. *ἔγν. τ. στήματα* [sic]. Rr.

διοσημία] *διοσ.* h. l. singularis numerus est. Scribitur et *διοσημεῖα*, ut habet Cod. Paris. Cf. qui hac de re agit Hasium in Animadv. ad librum De ost. pag. 291. Pag. 14. A. est *τῶν διοσημείων*. Rr. Lego: *ὥστε διοσημία τὸ τοῦ ἀέρος σημεῖον, ὥσπερ εὔδιον τ.* Sch. Schowii conjecturam in versione expressi. Rr.

νὸν τοῦ ἀέρος καλεῖται σχῆμα. οὐ χρὴ οὖν πρὸς τὰ ὀνόματα ταραττομένους τοὺς ἁπλουστέρους ἀποπηδᾷν τοῦ μαθεῖν· „Δώσω, γάρ φησι, σημεῖα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ· ὁ Ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ Σελήνη εἰς αἷμα."

98. *Σαβαώθ, τοῦ δημιουργοῦ· οὕτω γὰρ παρὰ Φοινίκων ὁ δημιουργικὸς ἀριθμὸς ὀνομάζεται.*

τοὺς ἁπλουστέρ.] Haec Paris. om. Rr.

Δώσω, γάρ φησι] Joël. II. 30. 31. Sed Lydus ex Act. Apost. II. 19. 20. hausit. Rr.

98. *Σαβαώθ*] Haec eadem fere supra leguntur, num. 38. sub fin., ubi tanquam synonymum nomen *Σαβαώθ* confert cum nomine *Ἰάω* (יהוה). Quod Phoenicibus (i. e. etiam Hebraeis)

Τέλος.

vocatur species. Non oportet igitur ad nomina confusos homines simpliciores deflectere a discendo: „Dabo, enim dicit, prodigia in coelo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem et ignem et vaporem fumi; Sol convertetur in tenebras, et Luna in sanguinem."

98. Sabaoth, opificis mundi: ita enim a Phoenicibus numerus ad mundi opificem pertinens nominatur.

numerum demiurgicum ita vocari dicit Lydus, in eo errat; neque enim שִׁבְעָה, *septem*, qui Hebraeis quoque sacer numerus est, et quem significare videtur, verum יְהוָֹה) צְבָאוֹת) צְבָאוֹת, vel אֱלֹהֵי צְבָאוֹת — Cf. Jerem. V. 14. al.) ea vox est, quae Graece scribitur *Σαβαώθ*. Conf. Epist. Pauli ad Roman. IX. 29. et Jacob. V. 4. Rn.

Finis.

ERN. ANTONII LEWALDI

EXCURSUS

de duobus Jo. Laur. Lydi locis, quorum altero fragmentum Aristotelis exhibetur, ethices ejus sententiam principalem continens, altero ejusdem philosophi, aut certe illius sectatorum, de intellectu placitum commemoratur.

Jo. Lydus, de mensib. hujus ed. pag. 252. sq.: Ἀριστοτέλης· Εἰ ἔστιν ἀρετή, οὐκ ἔστι τύχη· ἄνω γὰρ καὶ κάτω τὰ τῆς τύχης ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις γυμνάζεται πράγμασι πλούτῳ τε καὶ διαφερόντως ἀδικίᾳ. οἱ δὲ πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι, καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν μακαρίων καὶ ἀΰλων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες, καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν. *)

Laudantur passim apud veteres dialogi ab Aristotele conscripti (v. Buhle de libris Aristot. deperditis, in Commentatt. societat. Gotting. vol. XV, class. histor. et philol. p. 130. sq.): quorum ex naufragio tempo-

*) Postrema verba: *οἱ — πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες κ. τ. λ.* superius, p. 156, jam laudaverat Jo. Lydus, praetermisso tamen scriptoris nomine, annexaque illis hac sententia: *εἰ μὲν γὰρ τύχη ἐστί, οὐδὲν δεῖ θεοῦ κ. τ. λ.*, quam apud seriorem aliquem scriptorem legisse putandus est.

rum iniquitate facto fragmentum hoc elegans Jo. Lydi ope salvum ac sospes evasisse suspiceris; in quo certe eloquutio haec est, quae ad vivam vocem imitandam accommodata possit videri. Primo ejusdem commatio non integram ab omni parte contineri sententiam, sed dissolutum illud ab orationis nexu et quasi divulsum esse, ipsius ratio accuratius perpensa declarat. Et quidem ad verba *Εἰ ἔστιν ἀρετή* praedicati loco suppleas, velim, *τὸ τοῦ εὖ ζῆν αἴτιον ἡμῖν*, s. *ἐκεῖνο δι' ὃ παραγίνεται ἡ εὐδαιμονία.* Videlicet ex Aristotelis sententia ad bene beateque vivendum virtus quam plurimum confert, quin etiam unica proprie felicitatis causa est, quum in animi *ἐνεργείᾳ κατ' ἀρετὴν* summum bonum ille ponat. *) Quem ad finem converso atque intento haud prorsus supervacanea certe fortunae dona, commoditates externae (*τὰ ἐκτὸς ἀγαθά, τὰ τῆς τύχης*) sunt homini: siquidem *ἀδύνατον, η οὐ ῥάδιον τὰ καλὰ πράττειν, ἀχορήγητον ὄντα.* **) Quanquam minime ipsa vitae beatae effectrix dicenda est fortunae temeritas: ***) nec nisi

*) v. Ethic. Nicomach. I, c. 7. sqq. Distinctione facta rerum per se optabilium, et earum quae quodam fine demum proposito eligantur, summum illud quod propter se semper, neque ullam unquam aliam ob rem expetatur, bonum (h. e. beatitudinem) explicaturus, egregie definit, quid munus sit proprium animantis ratione praediti; atque ex eo opere seu vitae genere, quod homini a natura tributum sit (quod quidem in actione animi ponit rationi consentanea), judicat, qua in re versetur humana felicitas. Idem vitam honestam per se jucundam esse statuit, nec voluptatis tanquam appendice indigere, l. l. c. 8. cf. libr. X, c. 5. sqq. et quae ibidem antecesserant cap. 4., in universum dicta de voluptatis seu jucunditatis sensu cum perfecta quavis actione conjuncto.

**) Ethic. Nicom. I, c. 8. cf. Ciceron. Academ. I, 6: *Itaque omnis illa antiqua philosophia sensit, in una virtute esse positam beatam vitam; nec tamen beatissimam, nisi adjungerentur et corporis, et cetera quae supra dicta sunt, ad virtutis usum idonea.*

***) *οὐ γὰρ ἐν ταύταις (ταῖς τύχαις) τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προς-*

mediocriter ab ea parte instructum esse oportet, qui virtuti sit operam daturus. *) Imo quum rectus bonorum externorum usus in variis virtutum muneribus cernatur, iisque gravibus admodum ad vitae humanae negotia, tamen praestantissima omnium haec est virtutis actio, quae quam minime rerum externarum subsidiis atque adminiculis indiget, *ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια.* **)

Quibus perpensis, hoc modo interpretandus esse videtur locus, quem cum maxime tractare nobis proposuimus: *Si virtus est* illud quod beatos reddere valeat, *fortuna non est. Sursum enim et deorsum, quae ad fortunam pertinent in rebus humanis exercentur,* h. e. bona externa, res vicissitudini obnoxiae a vulgo hominum omni modo et sine ulla intermissione appetuntur, ***) temerario de iisdem et inconstante nixu, vario et inaequali successu certatur — *divitiis,* quibus pariuntur honores, opes, voluptates, *et maxime injusti-*

δεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν· κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας· αἱ δ' ἐναντίαι τοῦ ἐναντίου. Ethic. Nicom. I, c. 10, cf. c. 9. *τὸ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι τύχῃ, λίαν πλημμελὲς ἂν εἴη.* Add. VII, 13. Politic. VII, 1, qui locus potissimum est cum nostro conferendus: *Ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσονπερ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως καὶ τοῦ πράττειν κατὰ ταύτας, ἔστω συνωμολογημένον ἡμῖν, μάρτυρι τῷ Θεῷ χρωμένοις, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, δι' οὐδὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὑτὸν αὐτός, καὶ τῷ ποιός τις εἶναι τὴν φύσιν. Ἐπεὶ καὶ τὴν εὐτυχίαν τῆς εὐδαιμονίας διὰ ταῦτ' ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι· κ. τ. λ.*

*) Eth. Nicom. X, 8. — De fortunae adversae effectu haec ejus sententia est, ut virum beatum miserum fieri ullo modo posse neget, quum tamen probum etiam hominem cui graves calamitates acciderint in beatis numerare non sustineat. v. l. l. I, 10, cf. c. 5. et VII, 13.

**) l. l. X, 8.

***) Politic. VII, 1: *Τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἔχειν ἱκανὸν νομίζουσιν ὁποσονοῦν, πλούτου δὲ καὶ χρημάτων καὶ δυνάμεως καὶ δόξης καὶ πάντων τῶν τοιούτων εἰς ἄπειρον ζητοῦσι τὴν ὑπερβολήν.*

tia. Ad virtutem autem qui se applicant, et dei sunt memores, sibi cognata in homine maxime diligentis, *) *melioresque agitant spes, in beatis illis atque incorporeis rebus ponendas, hi parvi faciunt ea quae hic sunt bona.* Postrema haec verba immortalitatem animi nobis sperandam significant, quam in dialogo, qui Eudemus esset inscriptus, aperte docuisse perhibetur Aristoteles. **) Separabilem autem a materia et corpore partem animi solam pro immortali eum habuisse, ex iis, quae jam dicturus sum ad alterum Jo. Lydi locum illustrandum, apparebit.

Jo. Lydus, de mensib. pag. 52, post enumeratas quae ex Platonis sententia animi partes principales essent: *τρία δὲ καὶ νοῦ εἴδη Ἀριστοτέλης παραδίδωσι, τὸ ὑλικόν, τὸ καθ' ἕξιν, τὸ θύραθεν· ἐξ ὧν καὶ τρεῖς ἰδέαι, φύσις, μάθησις, ἄσκησις.*

Tripartitam hanc intellectus divisionem, comparationemque cum totidem rebus ad animi cultum necessariis ***) non tam ipsi Stagiritae deberi existimo, quam discipulis ejus, et his qui subinde illius libro-

---

*) Ethic. Nicom. X. 8, s. fin. *Ὁ δὲ κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργῶν — καὶ διακείμενος ἄριστα, καὶ θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι· εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται (ὥςπερ δοκεῖ), καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ, κ. τ. λ.* In theoreticam, quam vocant, virtutem haec proprie valent, non exclusis tamen, quae praeterea honesta sunt; nam haec omnia complectitur sapientis vita.

**) v. Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 352. Hutten.: *φησὶ δὲ (ὁ φιλόσοφος) ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περὶ ψυχῆς ταυτί· Διόπερ — πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν, καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων.* Cf. ejusd. Dion. p. 188. Ciceron. de divinat. I, 25.

***) de quibus v. quae supra, p. 53. sq., ad verba *τρεῖς ἰδέαι* annotavit Roetherus. Cum Diogenis Laërtii loco hanc Aristotelis

rum interpretes exstiterunt: quos artificiosiores interdum in concinnandis ejus placitis, eandem illam de intellectu triplice sententiam, sibi cognitam, ita explicatam in medium attulisse videam, ut parum et sibi constarent singuli, et inter se consentirent. Desumta omnino e tertii librorum Aristotelis de anima capp. 4. et 5. — in quibus dedita opera de intellectu seu animi parte rationali disseruit — quaestionis hujus materia est, in subsidium advocato, ut videtur, loco De generat. animal. II, c. 3, quo intellectus non ut inferiores animi partes una cum corpore animantis nasci, sed *extrinsecus* accedens, in illud pervenire dicitur. — Librr. de anima l. l., postquam mentem s. intellectum a sensu atque ab imaginandi facultate diversum esse docuerat, jam ut pateat qua ratione simplex et *ἀπαθής* dicatur esse intellectus, qui tamen quum rerum notiones in eo informentur, ab ipsis affici quodam modo, aut cum iisdem confundi videatur, duplicem ejus vim esse distinguendam, alteram rerum formas recipiendi, *) alteram agendi, hisce verbis declarat (v. c. 5, init.): *Ἐπεὶ δ' ὥςπερ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι, τὸ μὲν ὕλη ἑκάστῳ γένει (τοῦτο δὲ ὅτι πάντα δυνάμει ἐκεῖνα* **)*), ἕτερον δὲ τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν, τῷ ποιεῖν πάντα, οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν, ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφοράς. Καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, τῷ πάντα γίγνεσθαι· ὁ δὲ τῷ πάντα ποιεῖν, ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς· τρόπον γάρ τινα*

---

sententiam nobis patefaciente cf. ipsius Politic. VII, c. 15, Göttling. pag. 256: *πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ παιδεία τὸ προςλεῖπον βούλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν.*

*) l. l. c. 4, s. fin. cum cera, in qua nihil adhuc inscriptum est, intellectum confert.

**) Nimirum materiale rerum principium nihil nisi *potentiam τοῦ εἶναι* complectitur. v. de anim. II, 1: *ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.* cf. Metaphys. VIII, c. 1.

καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα ἐνεργείᾳ χρώματα. [Altera vis intellectus haec est, ut ipse quasi converti possit omnem in speciem, ut ad se transferre et sibi cognata reddere valeat, quaecunque a sensu et phantasia ei suppeditata sunt; altera autem in agendo versatur: quae cum animi *habitu* *) potest comparari, ac luci, a qua oculus est affectus, eo similis est, quod quae non nisi potentia adhuc inerant animo, haec actu jam ei inesse facit; nam luce accedente etiam fiunt actu colores, qui antequam oculis apparerent, potentia tantum colores fuerunt.] *Καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστός* [non affixus ad corporis organa], *καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνεργείᾳ* [eo quod *actio* est ipsius *substantia*]· *ἀεὶ γὰρ τιμιώτερον τὸ ποιοῦν τοῦ πάσχοντος, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ὕλης.* Addit, solam hanc praestantiorem mentis partem immortalem et sempiternam esse, carituram tamen rerum praeteritarum recordatione, hoc ipso quod ab omni affectione libera sit. — Exinde etiam perspicuum erit, solum in *activum* intellectum proprie valere, quae librr. de generat. animal. l. l., praetermissa hac distinctione, de intellectu in universum sunt dicta: *λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια.* **)

Haec si animadverteris, minime jam dubium videbitur, *τὸ ὑλικόν* Jo. Lydi eam esse intellectus par-

*) De voc. ἕξις — cujus non eadem ubique apud Aristotelem est vis ac significatio — cf. Categor. Bip. ut et meae ed. cap. 6. (De qualitate) init. Add. Metaphys. V, 20. s. fin.

**) In praecedd. monuerat, iis in animante principiis, quorum corporea esset actio (i. e. animae θρεπτικῇ et sensuali animae), hoc non convenire, ut separata a corpore esse ullo modo possent.

tem, quae materiam complectitur cogitandi, *τὸ θύραθεν* autem, s. extraneum, adventitium illud, praestantiorem ejus esse vim, actuosam natura. Paulo obscurior est quaestio, quo referendum sit *τὸ καθ' ἕξιν*, quae mentis species medio loco duabus illis interjecta apud Lydum nostrum est. Sed forsitan hic aliquid proficere possumus conjectura afferenda non omnino improbabili. Vidimus enim, l. l. librr. de anima intellectus activi munus ac functionem continuam cum habitu esse comparatam ab Aristotele: quod scrupulum injicere potuit interpretibus illius loci ad peculiarem sententiarum rationem et nexum minus attentis; nam per se quidem actio animi cum habitu neutiquam confundenda est. *) Harum igitur notionum discrimen et hic conservaturi homines Peripatetici, eos potissimum, ut suspicari licet, in suum usum verterunt magistri locos, quibus ex instituto de materia rerum omnino, et forma disputans, tertium his adjicit id, ex utroque illo conjuncto quod constet: **) itaque eo adducti sunt, ut praeter intellectus partem formarum receptricem *(Denkvermögen, Empfänglichkeit des Verstandes für abgesonderte Formen der Dinge)*, illamque mentis naturam et vim, quae in actu cernitur constante ac perpetuo *(Denkkraft, Princip der Selbstthätigkeit des Verstandes)* ali-

---

*) Quid discriminis sit *ἕξιν* inter et *ἐνέργειαν*, e loco ethico didiceris, quo consentaneum esse monet Aristoteles, ut habitus moralis a munere et effectu interdum sit vacuus; velut in eo qui dormit, sive alio modo a labore atque opere quiescit: *ἐνέργειαν* autem, s. ipsam actionem otiosam esse neutiquam posse. v. Ethic. Nicom. I, 8.

**) v. Metaphys. VIII, 1. De anim. II, 1: *Λέγομεν δὲ ἕν τι γένος τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν· ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην, ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι, ἕτερον δὲ μορφὴν καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι, καὶ τρίτον τὸ ἐκ τούτων.*

quid ex ambobus hisce compositum sibi fingerent, activum dico intellectum, in materia, quam passivus ei praebuerit, ratione certa ac finita operantem *(selbstthätiger Verstand in concreto, in seiner Richtung auf bestimmte Objecte)*: quae ejus operatio assidua ἕξις dici satis commode potuit. Neque ad mixti hujus muneris perfectionem omnino male referri videtur τῆς μαθήσεως idea, i. e. disciplinae, s. rerum cognitionis, usu et arte consequendae, quum ad passivum intellectum φύσις, ad activum ἄσκησις proprie pertineat; nam ad conceptas rerum imagines notione recte informandas naturae bona indoles requiritur; vis autem mentis suprema ut excolatur, nulla re, nisi exercitatione opus est, sive saepius repetito ipsius munere.

Sed mittamus haecce, ne finem et modum transire merito videamur in scrutandis, quae ad liquidum perduci nequeant; ipsosque jam audiamus, qui quod ab aliis, aetate superioribus, acceperant de intellectu ex Aristotelis sententia terno, id suis explicationibus ac disceptationibus amplificatum nobis tradiderunt; *Alexandrum* dico *Aphrodisiensem*, celebrem Peripateticum, *Plutarchumque*, Nestorii filium, eclecticum philosophum; quorum cogitata Joannes Grammaticus in Commentar. in Aristot. libros de anima (ed. Venet. 1535. fol.), ad III, c. 4 init., his refert verbis: *Ἰστέον γὰρ ὅτι ὁ νοῦς τρία τινὰ σημαίνει παρὰ Ἀριστοτέλους* [leg. *Ἀριστοτέλει*]· *ταῦτα δὲ τὰ τρία ἄλλα μὲν λέγει Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς, ἄλλως δὲ Πλούταρχος. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλέξανδρος πρῶτον σημαινόμενον λέγει τοῦ νοῦ τὸν δυνάμει νοῦν, ὅςπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν παίδων· ἐν γὰρ τοῖς παισὶν ὁ* *) *δυνάμει νοῦς ἐστι. δεύ-*

---

*) In libro impresso vitiose: *ἐν γὰρ τοῖς πωσὶν οὐ.* — Ceterum Joannes Grammat. infra, eandem hanc Alexandri sententiam paulo

τερον σημαινόμενον τοῦ νοῦ, *) ὁ καθ᾽ ἕξιν νοῦς, ὅςπερ ὁ ἐπὶ τῶν τελείων ἀνθρώπων· οἱ γὰρ τέλειοι ἄνθρωποι εἴδησιν λοιπὸν [leg. λογικὴν] ἔχοντες τῶν πραγμάτων, τὸν καθ᾽ ἕξιν νοῦν ἔχειν λέγονται. τρίτον σημαινόμενόν ἐστι τοῦ νοῦ ὁ ἐνεργείᾳ νοῦς, ὅ ἐστιν ὁ θύραθεν, ὁ παντέλειος, ὁ μὴ ὢν καθ᾽ ἕξιν ἢ κατὰ τὸ δυνάμει, ἵνα καὶ ἁπλοῦς ᾖ, ἀεὶ ἐνεργείᾳ ὤν· ὁ κυβερνῶν τὸ πᾶν. **) ταῦτα τὰ τρία σημαινόμενα τοῦ νοῦ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον. Πλούταρχος δὲ οὐ παραδέχεται ταῦτα, ἀλλὰ ἄλλως λέγει τὰ σημαινόμενα τοῦ νοῦ. φησὶ γὰρ ὅτι πρῶτον σημαινόμενόν ἐστι τοῦ νοῦ ὁ καθ᾽ ἕξιν νοῦς, οἷός ἐστιν ἐπὶ τῶν παίδων· βούλεται γὰρ Πλούταρχος κατ᾽ Ἀριστοτέλην τὰ παιδία λόγους ἔχειν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν πάντα εἰδέναι, καὶ τὰς μαθήσεις μὴ εἶναι κυρίως μαθήσεις, ἀλλὰ ἀναμνήσεις —. δεύτερον σημαινόμενόν ἐστι τοῦ νοῦ τὸ καθ᾽ ἕξιν ἅμα καὶ ἐνέργειαν, ὥςπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν τελείων ἀνθρώπων ὁ νοῦς· ἐν τούτοις γὰρ καὶ καθ᾽ ἕξιν ἐστί, καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν· ἔμαθε γὰρ ἤδη καὶ ἔγνω τὰ πράγματα, καὶ οἱονεὶ

---

uberius expositurus, addit: εἰ δὲ δυνάμει ἐστὶ [suppl. ἐπὶ τῶν παίδων ὁ νοῦς], κατὰ τὴν ἐπιτηδειότητα δηλονότι, οὐκ ἔχει εἶδος, ἀλλ᾽ ὕλη ἐστὶ μόνον· πᾶν γὰρ τὸ πρῶτον δυνάμει ἐν ὕλῃ ἐστί. ὁ νοῦς ἄρα ὕλη ἐστί, καὶ εἶδος οὐκ ἔχει, ἵνα μὴ θολούμενος ὑπὸ τοῦ εἴδους ῥέψῃ εἰς τὴν τοῦ οἰκείου εἴδους γνῶσιν, καὶ τὰ ἐναντία αὐτῷ εἴδη μὴ γνῷ· ὥςπερ γὰρ τὸ διαφανὲς ἀχρωμάτιστόν ἐστιν, ἵνα ἀδεκάστως διακονῇ τὰ χρώματα, οὕτω καὶ ὁ νοῦς, φησίν, ἀνείδεός ἐστιν, ἵνα γνῷ πάντα τὰ ὄντα. ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος.

*) τοῦ νοῦ pro τοῦ δυνάμει, quod typis excusum videram, restitui.

**) mens divina s. deus; cf. Jo. Gramm. l. l. ad cap. 5ti init. Ἀλέξανδρος μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ νοῦν ἐκάλεσε τὴν μίαν τῶν πάντων ἀρχήν, ἤτοι τὸν θύραθεν νοῦν.

